

FUNDAMENTA NOVA

THEORIAE

FUNCTIONUM ELLIPTICARUM

AUCTORE

D. CAROLO GUSTAVO IACOBO IACOBI,

PROF. ORD. IN UNIV. REGIOM.

---

REGIOMONTI

SUMTIBUS FRATRUM BORNTRÄGER

1829.

---

PARISIS APUD PONTHEU & Co. TREUTTTEL & WUERZ.

LONDINI APUD TREUTTTEL, WUERZ & RICHTER. H. W. KOLLER. BLACK, YOUNG & YOUNG.

AMSTELODAMI APUD MUELLER & Co. C. G. SUELPKE.

PETROPOLI APUD GRAEFF.



## P R O O E M I U M.

---

Ante biennium fere, cum theoriam functionum ellipticarum accuratius examinare placuit, incidi in quaestiones quasdam gravissimas, quae et theoriae illi novam faciem creare, et universam artem analyticam insigniter promovere videbantur. Quibus ad exitum felicem et propter difficultatem rei vix expectatum perductis, prima earum momenta breviter et sine demonstratione, mox cum vehementius illa desiderari, et invento novo vix fidem tribui videretur, addita demonstratione, cum Geometris communicavi. Urgebar simul, ut systema completum quaestionum a me susceptarum in publicum ederem. Cui desiderio ut ex parte saltem satisfacerem, fundamenta, quibus quaestiones meae superstructae sunt, in publicum edere constitui. Quae fundamenta nova theoriae functionum ellipticarum iam indulgentiae Geometrarum commendamus.

a \*

Ut a typographorum mendis, quantum fieri potuit, mundus evaderet liber, Cl. SCHERK curare voluit, cui ea de re valde me obstrictum esse profiteor. Quae emendanda restant, ad calcem adiecta sunt.

Scriebam m. Febr. a. 1829  
ad Univ. Regiom.

---



# I N D E X R E R U M.

---

## De Transformatione Functionum Ellipticarum. §§. 1—34. pag. 1—83

Expositio problematis generalis de transformatione. §§. 1. 2. . . . .	pag. 1
Principia transformationis. §§. 3. 4. . . . .	— 8
Proponitur expressio $\frac{dy}{\sqrt{\pm(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}}$ in formam simpliciore[m] redigenda	
$\frac{dx}{M\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}$ . §§. 5—9. . . . .	— 6
De transformatione expressionis $\frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)(1-\lambda^2y^2)}}$ in aliam eius simile[m] $\frac{dx}{M\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}$ .	
• §§. 10—12. . . . .	— 17
Proponitur transformatio tertii ordinis. §§. 13. 14. . . . .	— 23
Proponitur transformatio quinti ordinis. §. 15. . . . .	— 26
Quomodo transformatione bis adhibita pervenitur ad multiplicationem. §. 16. . . . .	— 29
De notatione nova functionum ellipticarum. §. 17. . . . .	— 30
Formulae in analysi functionum ellipticarum fundamentales. §. 18. . . . .	— 32
De imaginariis functionum ellipticarum valoribus. Principium duplicis periodi. §. 19. . . . .	— 34
Theoria analytica transformationis functionum ellipticarum. §. 20. . . . .	— 36
Demonstratio formularum analyticarum pro transformatione. §§. 21—23. . . . .	— 39
De variis eiusdem ordinis transformationibus. Transformationes duae reales, maioris moduli in minorem et minoris in maiorem. §. 24. . . . .	— 49
De transformationibus complementariis s. quomodo e transformatione moduli in modulum alia derivatur complementi in complementum. §. 25. . . . .	— 57
De transformationibus supplementariis ad multiplicationem. §§. 26. 27. . . . .	— 60
Formulae analyticae generales pro multiplicatione functionum ellipticarum. §. 28. . . . .	— 64
De aequationum modularium affectibus. §§. 29—34. . . . .	— 66

<b>Theoria Evolutionis Functionum Ellipticarum. §§. 35 — 66. pag. 84 — 188</b>	
De evolutione functionum ellipticarum in producta infinita. §. 35 — 38. . . . .	pag. 84
Evolutio functionum ellipticarum in series secundum sinus vel cosinus multiplo- rum argumenti progredientes. §§. 39 — 42. . . . .	— 99
Formulae generales pro functionibus $\sin^n \operatorname{am}\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)$ , $\frac{1}{\sin^n \operatorname{am}\left(\frac{2Kx}{\pi}\right)}$ in series evolu- dis, secundum sinus vel cosinus multiplo- rum ipsius $x$ progredientes. §§. 43 — 46. . . . .	— 115
Integralium ellipticorum secunda species in series evolvitur. §§. 47. 48. . . . .	— 133
Integralia elliptica tertiae speciei indefinita ad casum revocantur definitum, in quo ampli- tudo parametrum aequat. §§. 49. 50. . . . .	— 137
Integralia elliptica tertiae speciei in seriem evolvuntur. Quomodo illa per transcendentem novam $\Theta$ commode exprimuntur. §§. 51. 52. . . . .	— 142
De additione argumentorum et amplitudinis et parametri in tertia specie integralium ellipti- corum. §§. 53 — 55. . . . .	— 151
Reductiones expressionum $Z(iu)$ , $\Theta(iu)$ ad argumentum reale. Reductio generalis tertiae speciei integralium ellipticorum, in quibus argumenta et amplitudinis et parametri imaginaria sunt. §§. 56 — 60. . . . .	— 161
Functiones ellipticae sunt functiones fractae. De functionibus $H$ , $\Theta$ , quae numeratoris et denominatoris locum tenent. §. 61. . . . .	— 172
De evolutione functionum $H$ , $\Theta$ in series. Evolutio tertia functionum ellipticarum. De- monstratio analytica theorematis Fermatiani, unumquemque numerum esse summam quatuor quadratorum. §§. 62 — 66. . . . .	— 176

---

DE

TRANSFORMATIONE FUNCTIONUM ELLIPTICARUM.

---

EXPOSITIO PROBLEMATIS GENERALIS DE TRANSFORMATIONE.

1.

Integralia maxime memorabilia, quae Formula exhibentur  $\int \frac{d\phi}{\sqrt{1-k^2 \sin^2 \phi}}$ , et quae Functionum Ellipticarum, quae dicuntur, primam speciem constituunt, ab Argumento duplici pendent, et ab Amplitudine  $\phi$  et a Modulo  $k$ . Eiusmodi functionis inter se comparatis valoribus, quos illa pro diversis Amplitudinibus obtinet, eodem manente Modulo, egregia multa detexerant Analystae, quae Additionem eorum et Multiplicationem spectant. Quam nuper vidimus quaestionem a Cl. *Abel* in Commentatione, nostra laude majore, mirum in modum provectam esse (V. *Crelle Journal für reine und angewandte Mathematik* V. II.).

Alia est quaestio nec minoris momenti — immo sensu latissimo capta illam involvens — de comparatione Functionum Ellipticarum pro Modulis instituenda diversis. Quam quaestionem post praeclara inventa Cl. *Legendre* — Theoriae Functionum Ellipticarum Conditoris — ad principia certa nos primi revocavimus, eiusque solutionem dedimus generalem (V. *Astronomische Nachrichten* A. 1827. No. 123. 127). Hanc nostram de Transformatione Theoriam et quae alia inde in Analysin Functionum Ellipticarum redundant, iam fusius exponemus.

A

## 2.

Problema, quod nobis proponimus, generale hoc est:

„*Quaeritur Functio rationalis y elementi x ejusmodi, ut sit:*

$$\frac{dy}{\sqrt{A'+B'y+C'y^2+D'y^3+E'y^4}} = \frac{dx}{\sqrt{A+Bx+Cx^2+Dx^3+Ex^4}}.$$

Quod Problema et Multiplicationem videmus amplecti et Transformationem.

Innumera iam diu constabant exempla eiusmodi functionum rationalium y, quae problemati proposito satisfaciunt. Primum notum erat, quicumque datus sit numerus integer impar n, eiusmodi functionem rationalem y exhiberi posse, ut sit:

$$\frac{dy}{\sqrt{A+By+Cy^2+Dy^3+Ey^4}} = \frac{n dx}{\sqrt{A+Bx+Cx^2+Dx^3+Ex^4}};$$

quod est de Multiplicatione theorema. Quem in finem adhiberi debet forma:

$$y = \frac{a+a'x+a''x^2+a'''x^3+\dots+a^{(nn)}x^{nn}}{b+b'x+b''x^2+b'''x^3+\dots+b^{(nn)}x^{nn}},$$

Coëfficientibus a, a', a'', . . . .; b, b', b'', . . . rite determinatis. Satis diu etiam exploratum est, formam hanc:

$$y = \frac{a+a'x+a''x^2}{b+b'x+b''x^2},$$

seu hanc generaliore:

$$y = \frac{a+a'x+a''x^2+a'''x^3+\dots+a^{(2^m)}x^{2^m}}{b+b'x+b''x^2+b'''x^3+\dots+b^{(2^m)}x^{2^m}},$$

quae ex illius substitutionis repetitione ortum ducit, ita determinari posse, ut solvat problema. Nuper admodum etiam probatum est a Cl<sup>o</sup> Legendre, eum in finem adhiberi posse formam hanc rite determinatam:

$$y = \frac{a+a'x+a''x^2+a'''x^3}{b+b'x+b''x^2+b'''x^3},$$

seu rursus, eadem substitutione repetita, hanc generaliore:

$$y = \frac{a+a'x+a''x^2+a'''x^3+\dots+a^{(3^m)}x^{3^m}}{b+b'x+b''x^2+b'''x^3+\dots+b^{(3^m)}x^{3^m}}.$$

His inter se iunctis formis patet, problemati satisfieri posse, idonea facta Coëfficientium electione, posito:

$$y = \frac{a+a'x+a''x^2+a'''x^3+\dots+a^{(p)}x^p}{b+b'x+b''x^2+b'''x^3+\dots+b^{(p)}x^p},$$

siquidem  $p$  sit numerus formae  $2^\alpha 3^\beta (2m+1)^2$ . Iam sequentibus probabitur, idem valere, quicumque sit  $p$  numerus.

PRINCIPIA TRANSFORMATIONIS.

3.

Designentur per  $U, V$  functiones racionales integrae elementi  $x$ ; sit porro  $y = \frac{U}{V}$ ; fit:

$$\frac{dy}{\sqrt{A'y + B'y^2 + C'y^3 + D'y^4 + E'y^5}} = \frac{V dU - U dV}{\sqrt{Y}}$$

brevitatis causa posito:

$$Y = A'V^5 + B'V^3U + C'V^2U^2 + D'VU^3 + E'U^4.$$

Fractionem  $\frac{V dU - U dV}{\sqrt{Y}}$  in formam simpliciore[m] redigere licet, quoties  $Y$  factores duplices habet; quin adeo, ubi praeter quatuor factores lineares inter se diversos e reliquorum numero bini inter se aequales existunt, fractio illa sponte in Differentiale Functionis Ellipticae redit  $\frac{dx}{\sqrt{A+Bx+Cx^2+Dx^3+Ex^4}}$ , designante  $M$  functionem elementi  $x$  racionalem.

Quem accuratius examinemus casum ac videamus, quot et quales sibi poscat Conditiones.

Sint functiones  $U, V$  altera  $p^{\text{ti}}$ , altera  $m^{\text{ti}}$  ordinis, ita ut  $m \leq p$ : erit  $Y$   $(4p)^{\text{ti}}$  ordinis. Iam ut, quatuor factoribus linearibus exceptis, e reliquis functionis  $Y$  factoribus, quorum est numerus  $4p - 4$ , bini inter se aequales evadant,  $(2p - 2)$  Conditionibus satisfaciendum erit. Quot enim functio proposita duplices habere debet factores lineares, tot inter Coëfficientes eius intercedere debent Aequationes Conditionales.

At functionibus  $U, V$  Quantitates Constantes Indeterminatae insunt  $m + p + 2$ , seu potius  $m + p + 1$ , quippe e quarum numero unam aliquam  $= 1$  ponere licet. Quarum igitur numero vel aequatur numerus Conditionum  $2p - 2$  vel ab eo superatur, modo supponatur,  $m$  esse aliquem e numeris  $p - 3, p - 2, p - 1, p$ , quibus casibus numerus Indeterminatarum fit resp.  $2p - 2, 2p - 1, 2p, 2p + 1$ . Duos priores casus reiiciendos esse cum infra demonstrabitur, tum hunc in modum patet. Namque inventis functionibus  $U, V$ , quae functioni  $Y$  formam illam praescriptam conciliant, ubi loco  $x$  substituitur  $\alpha + \beta x$ , neque ordo mutatur functionum  $U, V, Y$ , neque numerus factorum dupli-cium functionis  $Y$ : unde in solutionem inventam statim duas Quantitates Arbitrarias in-

ferre licet. Itaque numerus Indeterminatarum numerum Conditionum duabus saltem unitatibus superare debet, unde casus  $m = p - 3$ ,  $m = p - 2$  reiiciendi sunt. Porro videmus, loco  $x$  posito  $\frac{\alpha + \beta x}{1 + \gamma x}$ , tertium casum ad quartum reduci et quartum minime mutari, quo igitur casu Indeterminatarum tres et arbitrariae manent et manere debent.

Iam igitur evictum est, quantum quidem e numero Indeterminatarum et numero Conditionum inter se comparatis concludere licet, quicumque sit  $p$  numerus, formam:

$$y = \frac{a + a'x + a''x^2 + \dots + a^{(p)}x^p}{1 + b'x + b''x^2 + \dots + b^{(p)}x^p}$$

ita determinari posse, ut sit:

$$\frac{dy}{\sqrt{A' + B'y + C'y^2 + D'y^3 + E'y^4}} = \frac{dx}{M\sqrt{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4}}$$

designante  $M$  functionem rationalem ipsius  $x$ ; imo solutionem tres Quantitates Arbitrarias involvere posse.

6

### 4.

Ut determinetur functio illa  $M$ , sit  $Y = (A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4)^{1/2} TT$ , designante  $T$  functionem elementi  $x$  integram rationalem: erit

$$M = \frac{T}{V \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx}}$$

Ipsa  $T$  erit ordinis  $(2p - 2)^{1/2}$ ; nec maioris esse potest  $V \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx}$ . Iam casibus quibusdam constat, scilicet ubi numerus  $p$  formam illam habet  $2^\alpha 3^\beta (2n + 1)^2$ ,  $M$  adeo fieri Constantem. Idem generaliter probabitur sequentibus, quicumque sit  $p$  numerus.

Functiones  $U$ ,  $V$  supponere possumus factorem communem non habere; adiecto enim factore communi, fractio  $\frac{U}{V} = y$  non mutatur. Resolvamus expressionem

$$A' + B'y + C'y^2 + D'y^3 + E'y^4$$

in factores lineares, ita ut sit:

$$A' + B'y + C'y^2 + D'y^3 + E'y^4 = A' \cdot (1 - \alpha'y) \cdot (1 + \beta'y) \cdot (1 - \gamma'y) \cdot (1 - \delta'y),$$

unde etiam:

$$Y = A'V^4 + B'V^3U + C'V^2U^2 + D'VU^3 + E'U^4 = A'(V - \alpha'U)(V - \beta'U)(V - \gamma'U)(V - \delta'U).$$

Iam existere non potest factor, qui quantitibus  $V - \alpha'U$ ,  $V - \beta'U$ ,  $V - \gamma'U$ ,  $V - \delta'U$  vel omnibus vel imo duabus tantum ex earum numero communis sit; idem enim et  $V$  et  $U$  simul metiretur, quas factorem communem non habere supposuimus. Itaque ubi factor aliquis linearis functionem  $Y$  bis metitur, idem unam aliquam e quantitibus  $V - \alpha'U$ ,  $V - \beta'U$ ,  $V - \gamma'U$ ,  $V - \delta'U$  et ipsam bis metiatur necessè est.

Iam notentur aequationes sequentes:

$$\begin{aligned} (V - \alpha'U) \frac{dU}{dx} - \frac{d(V - \alpha'U)}{dx} \cdot U &= v \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx} \\ (V - \beta'U) \frac{dU}{dx} - \frac{d(V - \beta'U)}{dx} \cdot U &= v \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx} \\ (V - \gamma'U) \frac{dU}{dx} - \frac{d(V - \gamma'U)}{dx} \cdot U &= v \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx} \\ (V - \delta'U) \frac{dU}{dx} - \frac{d(V - \delta'U)}{dx} \cdot U &= v \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx} \end{aligned}$$

e quibus sequitur, factorem qui unam aliquam e quantitibus  $V - \alpha'U$ ,  $V - \beta'U$ ,  $V - \gamma'U$ ,  $V - \delta'U$  bis ideoque etiam eius differentiale metiatur, eundem metiri expressionem  $V \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx}$ . Productum vero ex omnibus istis factoribus, ipsam etiam  $Y$  bis metientibus, conflatum posuimus  $= T$ , unde  $T$  ipsam  $V \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx}$  metietur. At  $T$  inferioris ordinis non est quam ipsa  $V \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx}$ , unde videmus

$$M = \frac{T}{v \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx}}$$

abire in Constantem.

Ceterum adnotemus, ubi functionum  $U$ ,  $V$  altera inferioris ordinis fuisset quam  $(p-1)^{ta}$ , ipsam etiam  $V \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx}$  inferioris ordinis fuisse quam  $T$ , quae tamen illam metiri debet; quod cum absurdum sit, reiici debebant casus  $m = p-2$ ,  $m = p-3$ .

Iam igitur demonstratum est, formam:

$$y = \frac{a + a'x + a''x^2 + \dots + a^{(p)}x^p}{b + b'x + b''x^2 + \dots + b^{(p)}x^p}$$

quicumque sit numerus  $p$ , ita determinari posse, ut prodeat:

$$\frac{dy}{\sqrt{A' + B'y + C'y^2 + D'y^3 + E'y^4}} = \frac{dx}{\sqrt{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4}}$$

Quod est Principium in Theoria Transformationum Functionum Ellipticarum Fundamentale.

PROPONITUR EXPRESSIO  $\frac{dy}{\sqrt{\pm (y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}}$  IN FORMAM  
SIMPLICIOREM REDIGENDA  $\frac{dx}{M\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}$ .

5.

Trium Constantium Arbitrariarum ope, quas solutionem Problematis nostri admittere vidimus, expressio  $A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4$  in simpliciorem redigi potest hanc:  $A(1-x^2)(1-k^2x^2)$ . Ut hoc et reliqua, quae modo demonstrata sunt, exemplis etiam monstrentur, propositum sit, datam expressionem:

$$\frac{dy}{\sqrt{\pm (y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}}$$

facta substitutione:

$$y = \frac{a + a'x + a''x^2}{b + b'x + b''x^2}$$

in simpliciore transformare hanc:

$$\frac{dx}{M\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}$$

Quaeritur de substitutione adhibenda, de Modulo  $k$  et de factore Constante  $M$  e datis quantitativibus  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ ,  $\delta$  determinandis.

Ponatur  $a + a'x + a''x^2 = U$ ,  $b + b'x + b''x^2 = V$ ,  $y = \frac{U}{V}$ : e principiis modo expositis fieri debet:

$$(U - \alpha V)(U - \beta V)(U - \gamma V)(U - \delta V) = K(1-x^2)(1-k^2x^2)(1+mx)^2(1+nx)^2,$$

designante  $K$  Constantem aliquam arbitrariam. Hinc videmus duos e numero factorum  $U - \alpha V$ ,  $U - \beta V$ ,  $U - \gamma V$ ,  $U - \delta V$ , qui erunt secundi ordinis, adeo fieri quadrata. Ponamus igitur:

$$U - \gamma V = C(1+mx)^2$$

$$U - \delta V = D(1+nx)^2.$$



Iam quod reliquos attinet factores  $U - \alpha V$ ,  $U - \beta V$ , poni poterit, aut:

$$\begin{aligned} U - \alpha V &= A(1 - x^2), \quad U - \beta V = B(1 - k^2 x^2), \quad \text{aut:} \\ U - \alpha V &= A \cdot (1 - x)(1 - kx), \quad U - \beta V = B(1 + x)(1 + kx), \end{aligned}$$

designantibus  $A$ ,  $B$ ,  $C$ ,  $D$  quantitates Constantes. Prius reiiciendum erit. Prodiret enim

$$\frac{U - \alpha V}{U - \beta V} = \frac{y - \alpha}{y - \beta} = \frac{A}{B} \cdot \frac{1 - x^2}{1 - k^2 x^2}, \quad \text{unde sequeretur, elemento } x \text{ in } -x \text{ mutato } y \text{ immutatum}$$

manere, quod absurdum esse patet ex aequationibus:

$$\begin{aligned} \frac{U - \alpha V}{U - \gamma V} &= \frac{y - \alpha}{y - \gamma} = \frac{A}{C} \cdot \frac{1 - k^2}{(1 + mx)^2} \\ \frac{U - \alpha V}{U - \delta V} &= \frac{y - \alpha}{y - \delta} = \frac{A}{D} \cdot \frac{1 - k^2}{(1 + nx)^2}. \end{aligned}$$

Poni igitur debet:

- 1)  $U - \alpha V = A(1 - x) \cdot (1 - kx)$
- 2)  $U - \beta V = B(1 + x) \cdot (1 + kx)$
- 3)  $U - \gamma V = C(1 + mx)^2$
- 4)  $U - \delta V = D(1 + nx)^2$ .

Adnotare convenit, e Constantibus  $A$ ,  $B$ ,  $C$ ,  $D$  unam aliquam ex arbitrio determinari posse.

## 6.

Videmus ex aequatione 1), et posito  $x = 1$  et posito  $x = \frac{1}{k}$  fieri  $U = \alpha V$ . Hinc ex aequatione:

$$\frac{U - \gamma V}{U - \beta V} = \frac{C}{B} \cdot \frac{(1 + mx)^2}{(1 + x)(1 + kx)},$$

posito  $x = 1$ , prodit:

$$\frac{\alpha - \gamma}{\alpha - \beta} = \frac{C}{B} \cdot \frac{(1 + m)^2}{2(1 + k)};$$

posito  $x = \frac{1}{k}$ :

$$\frac{\alpha - \gamma}{\alpha - \beta} = \frac{C}{B} \cdot \frac{\left(1 + \frac{m}{k}\right)^2}{2\left(1 + \frac{1}{k}\right)},$$

unde:

$$(1 + m)^2 = k \left(1 + \frac{m}{k}\right)^2.$$

Prorsus simili modo invenitur:

$$(1+n)^2 = k \left(1 + \frac{n}{k}\right)^2,$$

unde  $m = \sqrt{k}$ ,  $n = -\sqrt{k}$ . Neque enim aequales ponere licet  $m$  et  $n$ ; tum enim expressio  $\frac{U-\gamma V}{U-\delta V} = \frac{y-\gamma}{y-\delta}$ , ideoque ipsa  $y$  abiret in Constantem.

Iam in aequatione:

$$\frac{U-\gamma V}{U-\delta V} = \frac{y-\gamma}{y-\delta} = \frac{C}{D} \cdot \left\{ \frac{1+\sqrt{k \cdot x}}{1-\sqrt{k \cdot x}} \right\}^2$$

ponatur primum  $x = +1$ , quo casu  $U = \alpha V$ ; deinde  $x = -1$ , quo casu  $U = \beta V$ :  
prodeunt duae aequationes sequentes:

$$\frac{\alpha-\gamma}{\alpha-\delta} = \frac{C}{D} \left\{ \frac{1+\sqrt{k}}{1-\sqrt{k}} \right\}^2$$

$$\frac{\beta-\gamma}{\beta-\delta} = \frac{C}{D} \left\{ \frac{1-\sqrt{k}}{1+\sqrt{k}} \right\}^2.$$

Quibus in se ductis aequationibus, fit:

$$\frac{C}{D} = \sqrt{\frac{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}{(\alpha-\delta)(\beta-\delta)}},$$

unde ponere licet:

$$C = \sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}$$

$$D = \sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\delta)};$$

nam e quantitibus  $A$ ,  $B$ ,  $C$ ,  $D$  una ex arbitrio determinari poterat.

Ex iisdem aequationibus, altera per alteram divisa, obtinemus:

$$\frac{1+\sqrt{k}}{1-\sqrt{k}} = \frac{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)}}{\sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}$$

unde:

$$\sqrt{k} = \frac{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} - \sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} + \sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}.$$

Adnotetur adhuc formula:

$$\sqrt{k} + \frac{1}{\sqrt{k}} = 2 \cdot \frac{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} + \sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} - \sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}.$$

unde:

$$(1 - \sqrt{k}) \left(1 - \frac{1}{\sqrt{k}}\right) = \frac{-4 \sqrt{(\alpha - \delta)(\beta - \gamma)}}{\sqrt{(\alpha - \gamma)(\beta - \delta)} - \sqrt{(\alpha - \delta)(\beta - \gamma)}}$$

$$(1 + \sqrt{k}) \left(1 + \frac{1}{\sqrt{k}}\right) = \frac{+4 \sqrt{(\alpha - \gamma)(\beta - \delta)}}{\sqrt{(\alpha - \gamma)(\beta - \delta)} - \sqrt{(\alpha - \delta)(\beta - \gamma)}}$$

Ut Constantes A, B, definiantur, observo, ex aequationibus 1), 2), 3), posito  $x = \frac{1}{\sqrt{k}}$ , quo facto  $U = \delta V$ , erui:

$$\frac{\delta - \alpha}{\delta - \gamma} = \frac{A(1 - \sqrt{k}) \left(1 - \sqrt{\frac{1}{k}}\right)}{4 \sqrt{(\alpha - \gamma)(\beta - \delta)}}$$

$$\frac{\delta - \beta}{\delta - \gamma} = \frac{B(1 + \sqrt{k}) \left(1 + \sqrt{\frac{1}{k}}\right)}{4 \sqrt{(\alpha - \gamma)(\beta - \gamma)}}$$

unde:

$$A = \frac{-\sqrt{(\alpha - \gamma)(\alpha - \delta)}}{\gamma - \delta} \left\{ \sqrt{(\alpha - \gamma)(\beta - \delta)} - \sqrt{(\alpha - \delta)(\beta - \gamma)} \right\}$$

$$B = \frac{\sqrt{(\beta - \gamma)(\beta - \delta)}}{\gamma - \delta} \left\{ \sqrt{(\alpha - \gamma)(\beta - \delta)} - \sqrt{(\alpha - \delta)(\beta - \gamma)} \right\}.$$

## 7.

E principijs generalibus supra a nobis stabilitis sequitur, in exemplo nostro expressionem  $V \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx}$  aequalem fore producto  $(1 + \sqrt{k}x)(1 - \sqrt{k}x)$  in quantitatem constantem ducto, quod ita facto calculo comprobatur.

Fit, uti evolutione facta constat:

$$(\gamma - \delta) \left( V \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx} \right) = (V - \gamma U) \frac{d(V - \delta U)}{dx} - (V - \delta U) \frac{d(V - \gamma U)}{dx}.$$

Nacti autem sumus:

$$V - \gamma U = C(1 + \sqrt{k} \cdot x)^2$$

$$V - \delta U = D(1 - \sqrt{k} \cdot x)^2,$$

unde:

$$\frac{d(V - \gamma U)}{dx} = 2C(1 + \sqrt{k} \cdot x) \sqrt{k}$$

$$\frac{d(V - \delta U)}{dx} = -2D(1 - \sqrt{k} \cdot x) \sqrt{k}.$$

B

Unde prodit:

$$(\gamma - \delta) \left( v \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx} \right) = -4\sqrt{k} \cdot CD (1 + \sqrt{k} \cdot x) (1 - \sqrt{k} \cdot x). \quad ( )$$

His omnibus rite collectis, obtinemus:

$$\frac{dy}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}} = \frac{-4\sqrt{k}}{\gamma-\delta} \cdot \sqrt{\frac{CD}{-AB}} \cdot \frac{dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}};$$

unde:

$$M = \frac{\gamma - \delta}{-4\sqrt{k}} \sqrt{\frac{-AB}{CD}} = \frac{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} - \sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{4\sqrt{k}} \\ = \left\{ \frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} + \sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{2} \right\}^2$$

unde:

$$\frac{dy}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}} = \frac{dx}{M\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}} = \\ \frac{dx}{\sqrt{1-x^2} \sqrt{\left( \left( \frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} + \sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{2} \right)^4 - \left( \frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} - \sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{2} \right)^4 x^2 \right)}}.$$

Posito  $(\alpha - \gamma) \cdot (\beta - \delta) = G$ ,  $(\alpha - \delta)(\beta - \gamma) = G'$ , fit:

$$\frac{dx}{M \cdot \sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}} = \frac{dx}{\sqrt{1-x^2} \sqrt{\left( \frac{\sqrt[4]{G} + \sqrt[4]{G'}}{2} \right)^4 - \left( \frac{\sqrt[4]{G} - \sqrt[4]{G'}}{2} \right)^4 x^2}}$$

Sit  $G = mm$ ,  $G' = nn$ , sit porro:

$$m' = \frac{1}{2} (m + n), \quad n' = \sqrt{mn} \\ m'' = \frac{1}{2} (m' + n'), \quad n'' = \sqrt{m'n'}$$

erit, posito  $x = \text{Sin } \phi$ :

$$\frac{dx}{M\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}} = \frac{d\phi}{\sqrt{m''m'' \text{Cos } \phi^2 + n''n'' \text{Sin } \phi^2}}$$

Ceterum valor ipsius  $x$  facillime computatur ope formulae:

$$\frac{1 - \sqrt{k} \cdot x}{1 + \sqrt{k} \cdot x} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}{(\alpha-\delta)(\beta-\delta)}} \cdot \sqrt{\frac{y-\delta}{y-\gamma}};$$

ubi:

$$\sqrt{k} = \frac{\sqrt[4]{G} - \sqrt[4]{G'}}{\sqrt[4]{G} + \sqrt[4]{G'}} = \sqrt[4]{\frac{m''m'' - n''n''}{m''m''}}$$

8.

Quantitates  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ ,  $\delta$  in formulis propositis ex arbitrio inter se permutare licet. Quod in arbitrio nostro positum certum fit ac definitum, simulac conditio addatur, ut, siquidem fieri possit, transformatio per substitutionem realem succedat. Id quod accuratius examinemus.

Ponamus, quantitates  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ ,  $\delta$  reales esse omnes; sit porro  $\alpha > \beta > \gamma > \delta$ , ita ut  $\alpha - \beta$ ,  $\alpha - \gamma$ ,  $\alpha - \delta$  sint quantitates positivae. Iam distinguendum erit pro limitibus, inter quos valor argumenti  $y$  continetur:

- 1)  $\delta$  et  $\gamma$ , 2)  $\gamma$  et  $\beta$ , 3)  $\beta$  et  $\alpha$ , 4)  $\alpha$  et  $\delta$ .

Casu postremo transitum ab  $\alpha$  ad  $\delta$  per infinitum fieri puta. Expressionem  $\frac{1}{\sqrt{(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}}$  non nisi casu secundo et quarto, expressionem  $\frac{1}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}}$  non nisi casu primo et tertio realem fieri videmus. Substitutiones reales, quae quatuor illis casibus respondent, Tabula I. indicabit. Deinde Tabula II. formulas amplectamur, quae expressioni  $\frac{dy}{\sqrt{\pm (y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)}}$  per substitutionem realem in simpliciore transformandae inserviunt, pro limitibus, inter quos valor argumenti  $y$  continetur:

- 1)  $-\infty$  et  $\gamma$ , 2)  $\gamma$  et  $\beta$ , 3)  $\beta$  et  $\alpha$ , 4)  $\alpha$  et  $+\infty$ .

Quas formulas dividendo per  $\delta$  ac tum ponendo  $\delta = -\infty$  facile e Tabula I. derivare licet.

T A B U L A I.

$$A. \frac{dy}{\sqrt{(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}} = \frac{dx}{\sqrt{1-x^2} \sqrt{L^2 - N^2 x^2}}$$

$$L = \frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} + \sqrt[4]{(\alpha-\beta)(\gamma-\delta)}}{2}$$

$$N = \frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} - \sqrt[4]{(\alpha-\beta)(\gamma-\delta)}}{2}$$

I. Limites:  $\alpha \dots \pm \infty \dots \delta$ :  $\frac{L-Nx}{L+Nx} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\beta)(\beta-\delta)}{(\alpha-\gamma)(\gamma-\delta)}} \cdot \sqrt{\frac{y-\gamma}{y-\beta}}$

II. Limites:  $\gamma \dots \dots \beta$ :  $\frac{L-Nx}{L+Nx} = \sqrt[4]{\frac{(\beta-\delta)(\gamma-\delta)}{(\alpha-\beta)(\alpha-\gamma)}} \cdot \sqrt{\frac{\alpha-y}{y-\delta}}$

$$B. \frac{dy}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}} = \frac{dx}{\sqrt{1-x^2} \sqrt{L^2 - N^2 x^2}}$$

$$L = \frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} + \sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{2}$$

$$N = \frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} - \sqrt[4]{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{2}$$

I. Limites:  $\beta \dots \dots \alpha$ :  $\frac{L-Nx}{L+Nx} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}{(\alpha-\delta)(\beta-\delta)}} \cdot \sqrt{\frac{y-\delta}{y-\gamma}}$

II. Limites:  $\delta \dots \dots \gamma$ :  $\frac{L-Nx}{L+Nx} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\gamma)(\alpha-\delta)}{(\beta-\gamma)(\beta-\delta)}} \cdot \sqrt{\frac{\beta-y}{\alpha-y}}$

T A B U L A II.

$$A. \quad \frac{dy}{\sqrt{(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)}} = \frac{dx}{\sqrt{1-x^2} \sqrt{L^2 - N^2 x^2}}$$

$$L = \frac{\sqrt[4]{\alpha-\gamma} + \sqrt[4]{\alpha-\beta}}{2}$$

$$N = \frac{\sqrt[4]{\alpha-\gamma} - \sqrt[4]{\alpha-\beta}}{2}$$

I. Limites  $\alpha \dots + \infty$ :  $\frac{L-Nx}{L+Nx} = \sqrt[4]{\frac{\alpha-\beta}{\alpha-\gamma}} \sqrt{\frac{y-\gamma}{y-\beta}}$

II. Limites  $\gamma \dots \beta$ :  $\frac{L-Nx}{L+Nx} = \frac{\sqrt{\alpha-y}}{\sqrt[4]{(\alpha-\beta)(\alpha-\gamma)}}$ .

$$B. \quad \frac{dy}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)}} = \frac{dx}{\sqrt{1-x^2} \sqrt{L^2 - N^2 x^2}}$$

$$L = \frac{\sqrt[4]{\alpha-\gamma} + \sqrt[4]{\beta-\gamma}}{2}$$

$$N = \frac{\sqrt[4]{\alpha-\gamma} - \sqrt[4]{\beta-\gamma}}{2}$$

I. Limites  $\beta \dots \alpha$ :  $\frac{L-Nx}{L+Nx} = \frac{\sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}}{\sqrt{y-\gamma}}$

II. Limites  $-\infty \dots \gamma$ :  $\frac{L-Nx}{L+Nx} = \sqrt[4]{\frac{\alpha-\gamma}{\beta-\gamma}} \sqrt{\frac{\beta-y}{\alpha-y}}$ .

9.

In formulis hisce pro limitibus assignatis simul  $x$  a  $-1$  usque ad  $+1$  atque  $y$  ab altero limite ad alterum transit. Limitibus autem, qui formulis I et II respondent, inter se commutatis, expressioni  $\frac{L-Nx}{L+Nx}$  videmus valorem imaginariam creari formae  $\pm iR$ ,posito  $i = \sqrt{-1}$ , ac designante  $R$  quantitatem aliquam realem; ipsi  $x$  autem conciliari for-

$$\text{mam } \frac{Le^{i\phi}}{N} = \frac{e^{i\phi}}{\sqrt{k}}; \text{ unde } \frac{L-Nx}{L+Nx} = \frac{1-e^{i\phi}}{1+e^{i\phi}} = \frac{e^{-\frac{i\phi}{2}} - e^{\frac{i\phi}{2}}}{e^{-\frac{i\phi}{2}} + e^{\frac{i\phi}{2}}} = -i \operatorname{tang} \frac{\phi}{2}.$$

Formam, ad quam hac occasione delati sumus,  $x = \frac{e^{i\phi}}{\sqrt{k}}$  in expressione  $\frac{dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}}$  substituamus. Prodit:

$$\begin{aligned} \frac{dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}} &= \frac{ie^{i\phi}d\phi}{\sqrt{k} \cdot \sqrt{\left(1 - \frac{e^{2i\phi}}{k}\right)\left(1 - ke^{2i\phi}\right)}} = \frac{d\phi}{\sqrt{\left(1 - ke^{2i\phi}\right)\left(1 - ke^{-2i\phi}\right)}} \\ &= \frac{d\phi}{\sqrt{1 - 2k \cos 2\phi + kk}} = \frac{d\phi}{\sqrt{(1-k)^2 \cos^2 \phi^2 + (1+k)^2 \sin^2 \phi^2}}. \end{aligned}$$

Quae nobis quidem substitutio satis memorabilis esse videtur. E qua etiam generalior formula fuit sequens, ponendo  $x = \sin \psi$ :

$$\frac{k^n \sin \psi^{2n} d\psi}{\sqrt{1-k^2 \sin \psi^2}} = \frac{(\cos 2n\phi + i \sin 2n\phi) d\phi}{\sqrt{1-2k \cos 2\phi + kk}},$$

unde pro limitibus  $0$  et  $\pi$  obtinetur, evanescente parte imaginaria:

$$\int_0^\pi \frac{k^n \sin \psi^{2n} d\psi}{\sqrt{1-k^2 \sin \psi^2}} = \int_0^\pi \frac{\cos 2n\phi d\phi}{\sqrt{1-2k \cos 2\phi + kk}} = \int_0^\pi \frac{\cos n\phi d\phi}{\sqrt{1-2k \cos \phi + kk}},$$

quae est demonstratio succincta formulae memorabilis a Cl. Legendre proditae. E Tabulis I et II duas alias derivare licet sequentes, commutatis limitibus, inter quos valor ipsius  $y$  continetur, ac posito  $x = \frac{Le^{i\phi}}{N}$ . Pro limitibus assignatis angulus  $\phi$  inde a  $0$  usque ad  $\pi$  crescit, dum  $y$  ab altero limite ad alterum transit.



T A B U L A III.

$$A. \quad \frac{dy}{\sqrt{(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}} = \frac{d\varphi}{\sqrt{mm \cos^2 \varphi + nn \sin^2 \varphi}}$$

$$m = \sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)(\alpha-\beta)(\gamma-\delta)}$$

$$n = \frac{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} + \sqrt{(\alpha-\beta)(\gamma-\delta)}}{2}$$

I. Limites  $\gamma \dots \beta$ :  $\operatorname{tg} \frac{\varphi}{2} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\beta)(\beta-\delta)}{(\alpha-\gamma)(\gamma-\delta)}} \sqrt{\frac{y-\gamma}{\beta-y}}$

II. Limites  $\alpha \dots \delta$ :  $\operatorname{tg} \frac{\varphi}{2} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\beta)(\alpha-\gamma)}{(\beta-\delta)(\gamma-\delta)}} \sqrt{\frac{y-\alpha}{y-\delta}}$ .

$$B. \quad \frac{dy}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)(y-\delta)}} = \frac{d\varphi}{\sqrt{mm \cos^2 \varphi + nn \sin^2 \varphi}}$$

$$m = \sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}$$

$$n = \frac{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\delta)} + \sqrt{(\alpha-\delta)(\beta-\gamma)}}{2}$$

I. Limites  $\delta \dots \gamma$ :  $\operatorname{tg} \frac{\varphi}{2} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}{(\alpha-\delta)(\beta-\delta)}} \sqrt{\frac{y-\delta}{\gamma-y}}$

II. Limites  $\beta \dots \alpha$ :  $\operatorname{tg} \frac{\varphi}{2} = \sqrt[4]{\frac{(\alpha-\gamma)(\alpha-\delta)}{(\beta-\gamma)(\beta-\delta)}} \sqrt{\frac{y-\beta}{\alpha-y}}$ .

T A B U L A IV.

$$A. \quad \frac{dy}{\sqrt{(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)}} = \frac{d\phi}{\sqrt{mm \cos^2 \phi + nn \sin^2 \phi}}$$

$$m = \sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\alpha-\beta)}$$

$$n = \frac{\sqrt{\alpha-\gamma} + \sqrt{\alpha-\beta}}{2}$$

I. Limites  $\gamma \dots \beta$ :  $\operatorname{tg} \frac{\phi}{2} = \sqrt[4]{\frac{\alpha-\beta}{\alpha-\gamma}} \sqrt{\frac{y-\gamma}{\beta-y}}$

II. Limites  $\alpha \dots +\infty$ :  $\operatorname{tg} \frac{\phi}{2} = \frac{\sqrt{y-\alpha}}{\sqrt[4]{(\alpha-\beta)(\alpha-\gamma)}}$ .

---

$$B. \quad \frac{dy}{\sqrt{-(y-\alpha)(y-\beta)(y-\gamma)}} = \frac{d\phi}{\sqrt{mm \cos^2 \phi + nn \sin^2 \phi}}$$

$$m = \sqrt[4]{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}$$

$$n = \frac{\sqrt{\alpha-\gamma} + \sqrt{\beta-\gamma}}{2}$$

I. Limites  $-\infty \dots \gamma$ :  $\operatorname{tg} \frac{\phi}{2} = \frac{\sqrt{(\alpha-\gamma)(\beta-\gamma)}}{\sqrt{\gamma-y}}$

II. Limites  $\beta \dots \alpha$ :  $\operatorname{tg} \frac{\phi}{2} = \sqrt[4]{\frac{\alpha-\gamma}{\beta-\gamma}} \sqrt{\frac{y-\beta}{\alpha-y}}$ .

Fusius hanc quaestionem tractavimus, ut adsit exemplum elaboratum. Restant adhuc casus, quibus quantitatum  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ ,  $\delta$  vel duae vel quatuor imaginariae sunt. Casus prior et ipse solutionem realem admittit, quae tamen specie imaginarii laborat. Casus posterior eiusmodi solutionem realem omnino non admittit. Quare ut omnia ad realia revocentur, novis transformationibus opus erit, unde concinnitas formularum perit. Cui igitur quaestioni supersedemus.

Substitutioni propositae alia respondet, eius inversa, formae

$$x = \frac{a + a'y + a''y}{b + b'y + b''y},$$

quae et ipsa formulas elegantissimas suppeditat. Cum vero fortasse iam nimis diu huic quaestioni immorari videamur, eius investigationem ad aliam occasionem relegamus. Revertimur ad quaestiones generales.

DE TRANSFORMATIONE EXPRESSIONIS  $\frac{dy}{\sqrt{1-y^2} \cdot \sqrt{1-\lambda^2 y^2}}$  IN  
 ALIAM EIUS SIMILEM  $\frac{dx}{M\sqrt{1-x^2} \sqrt{1-k^2 x^2}}$ .

10.

Vidimus, datam expressionem:

$$\frac{dy}{\sqrt{A' + B'y + C'y^2 + D'y^3 + E'y^4}}$$

per substitutionem adhibitam huiusmodi:

$$y \doteq \frac{a + a'x + a''x^2 + \dots + a^{(p)}x^p}{b + b'x + b''x^2 + \dots + b^{(p)}x^p} = \frac{U}{V},$$

quicumque sit numerus  $p$ , in aliam eius similem transformari posse:

$$\frac{dx}{\sqrt{A + Bx + Cx^2 + Dx^3 + Ex^4}}.$$

Eiusmodi substitutio cum a datis Coëfficientibus  $A'$ ,  $B'$ ,  $C'$ ,  $D'$ ,  $E'$  pendet, tum vero maxime a numero  $p$ , quippe qui exponentem designat dignitatis summae, quae in functionibus rationalibus  $U$ ,  $V$  invenitur. Quamobrem in sequentibus dicemus, eius-

C

modi substitutionem s. transformationem  $p^{\text{ti}}$  ordinis esse s. ad  $p^{\text{tum}}$  ordinem sive simplicius ad numerum  $p$  pertinere.

Iam indolem harum substitutionum accuratius examinaturi, missam faciamus formam illam complexiorem:

$$\frac{dy}{\sqrt{A + By + Cy^2 + Dy^3 + Ey^4}},$$

ac quaeramus de simpliciori hac  $\frac{dy}{\sqrt{1-y^2} \cdot \sqrt{1-\lambda^2 y^2}}$ , ad quam illam revocari posse et vidimus et notum est, in aliam eius similem  $\frac{dx}{M \sqrt{1-x^2} \sqrt{1-k^2 x^2}}$  transformanda.

Quaestionis propositae natura rite perpensa, problemati satisfieri invenitur, siquidem functionum  $U$ ,  $V$  altera impar, altera par esse statuatur, id quod iam exempla innuunt ab Analystis hactenus explorata. Qua in re maxime distinguendum erit inter casum, quo imparis functionis ordo paris ordine minor et eum quo maior est paris ordine; sive inter casum quo transformatio ad numerum parem et eum quo ad numerum imparem pertinet.

Iam igitur *primum* probemus, transformationem succedere adhibita substitutione ordinis paris seu formae:

$$y = \frac{x(a + a'x^2 + a''x^4 + \dots + a^{(m-1)}x^{2m-2})}{1 + b'x^2 + b''x^4 + \dots + b^{(m)}x^{2m}} = \frac{U}{V}.$$

Hic functiones  $V + U$ ,  $V - U$ ,  $V + \lambda U$ ,  $V - \lambda U$  et ipsae erunt ordinis paris, unde ponamus:

- 1)  $V + U = (1+x)(1+kx)AA$
- 2)  $V - U = (1-x)(1-kx)BB$
- 3)  $V + \lambda U = CC$
- 4)  $V - \lambda U = DD$ ;

designantibus  $A$ ,  $B$ ,  $C$ ,  $D$  functiones elementi  $x$  racionales integras. Quibus aequationibus simulac satisfactum erit, eruatur, uti probavimus:

$$\frac{dy}{\sqrt{1-y^2} \sqrt{1-\lambda^2 y^2}} = \frac{dx}{M \sqrt{1-x^2} \sqrt{1-k^2 x^2}}.$$

Mutato  $x$  in  $-x$  cum  $U$  in  $-U$  abeat,  $V$  autem non mutetur, ex aequationibus 1), 3) reliquae 2), 4) sponte fluunt. Ut aequationibus 1), 3) satisfiat,  $V + \lambda U$  in vicibus,

$V + U$  ( $m - 1$ ) vicibus duos inter se aequales habere debet factores lineares; insuper ipsi  $V + U$  etiam factor  $1 + x$  assignari debet. Quae omnia Aequationes Conditionales sibi poscunt numero  $m + m - 1 + 1 = 2m$ , qui et ipse est numerus Indeterminatarum  $a, a', \dots a^{(m-1)}$ ;  $b', b'', \dots b^{(m)}$ . Unde problema propositum est determinatum.

*Secundo* loco probemus, succedere etiam transformationem, adhibita substitutione huiusmodi:

$$y = \frac{x(a + a'x^2 + a''x^4 + \dots + a^{(m)}x^{2m})}{1 + b'x^2 + b''x^4 + \dots + b^{(m)}x^{2m}} = \frac{U}{V};$$

quae ad numerum imparem pertinet. Hic  $V + U, V - U, V + \lambda U, V - \lambda U$  et ipsae sunt imparis ordinis, unde ponamus:

- 1)  $V + U = (1 + x)AA$
- 2)  $V - U = (1 - x)BB$
- 3)  $V + \lambda U = (1 + kx)CC$
- 4)  $V - \lambda U = (1 - kx)DD$ .

Hic quoque solummodo aequationibus 1), 3) satisfaciendum erit, quippe e quibus mutando  $x$  in  $-x$  duae reliquae sponte manant. Ut illis satisfiat, et  $V + U$ , et  $V + \lambda U$  singulae  $m$  vicibus duos inter se aequales habeant factores lineares necesse est, quem in finem  $2m$  Aequationibus Conditionalibus satisfaciendum erit, quibus una accedit, ut insuper  $V + U$  nanciscatur  $(1 + x)$  factorem. Hinc numerum Aequationum Conditionalium esse videmus  $2m + 1$ , qui et ipse est numerus Indeterminatarum  $a, a', a'', \dots a^{(m)}$ ;  $b', b'', \dots b^{(m)}$ ; unde et hoc casu determinatum est problema.

## 11.

Designentur per  $U', V'$  functiones elementi  $y$  integrae rationales eiusmodi, ut posito  $z = \frac{U'}{V'}$ , eruatur:

$$\frac{dz}{\sqrt{1-z^2} \sqrt{1-\mu^2 z^2}} = \frac{dy}{M' \sqrt{1-y^2} \sqrt{1-\lambda^2 y^2}}.$$

Sit ea, quae adhibita est, substitutio  $z = \frac{U'}{V'}$  ordinis  $p'$ ti; ac per aliam substitutionem

$y = \frac{U}{V}$ , (designantibus  $U, V$ , ut supra, functiones elementi  $x$  rationales integras,) quae sit ordinis  $p^{ti}$ , eruat, ut supra:

$$\frac{dy}{\sqrt{1-y^2} \sqrt{1-\lambda^2 y^2}} = \frac{dx}{M \sqrt{1-x^2} \sqrt{1-k^2 x^2}}.$$

Iam substituto valore  $y = \frac{U}{V}$  in expressione  $z = \frac{U'}{V'}$ , nascatur  $z = \frac{U''}{V''}$ : erit una illa substitutio  $z = \frac{U''}{V''}$ , qua adhibita eruitur:

$$\frac{dz}{\sqrt{1-z^2} \sqrt{1-\mu^2 z^2}} = \frac{dx}{MM' \sqrt{1-x^2} \sqrt{1-k^2 x^2}}$$

ordinis  $(pp')^{ti}$ . Ita videmus, e pluribus transformationibus, quae resp. ad numeros  $p, p', p'', \dots$  pertinent, successive adhibitis, unam componi posse, quae ad numerum  $pp'p'' \dots$  pertinet. Nec non vice versâ, quod tamen in praesentiarum non probabimus, transformationem, quae ad numerum aliquem compositum  $pp'p'' \dots$  pertinet, semper ex aliis successive adhibitis componere licet, quae resp. ad numeros  $p, p', p'' \dots$  pertinent. Quamobrem eas tantummodo investigari oportet transformationes, quae ad numerum pertineant *primum*, quippe e quibus cunctas componere licet reliquas. Iam igitur in sequentibus missum faciamus casum primum, qui ordinem transformationis parem spectat, quippe quem semper componere licet e transformatione imparis ordinis et transformatione, quae ad numerum 2 pertinet, identidem, ubi opus erit, repetita. Casum *secundum* autem seu transformationes imparis ordinis iam propius examinemus.

## 12.

Videmus eo casu functiones duas, alteram  $V$  parem  $2m^{ti}$  ordinis, alteram  $U$  impari  $(2m+1)^{ti}$  ordinis ita determinandas esse, ut sit:

$$\begin{aligned} V + U &= (1+x)AA \\ V + \lambda U &= (1+kx)CC. \end{aligned}$$

Iam dico, si quidem ita functiones  $U, V$  determinantur, ut loco  $x$  posito  $\frac{1}{kx}$  abeat  $y = \frac{U}{V}$  in  $\frac{1}{\lambda y} = \frac{V}{\lambda U}$ : aequationes illas alteram ex altera sponte sequi.

Ponamus  $V = \varphi(x^2)$ ,  $U = x F(x^2)$ ; videmus expressionem  $y = \frac{x F(x^2)}{\varphi(x^2)}$  loco  $x$ posito  $\frac{1}{kx}$  abire in

$$\frac{F\left(\frac{1}{k^2 x^2}\right)}{kx \varphi\left(\frac{1}{k^2 x^2}\right)} = \frac{x^{2m} F\left(\frac{1}{k^2 x^2}\right)}{kx \cdot x^{2m} \varphi\left(\frac{1}{k^2 x^2}\right)},$$

ubi  $x^{2m} F\left(\frac{1}{k^2 x^2}\right)$ ,  $x^{2m} \varphi\left(\frac{1}{k^2 x^2}\right)$  sunt functiones integrae. Quod ut aequale fiat expressioni  $\frac{1}{\lambda y} = \frac{V}{\lambda U} = \frac{\varphi x^2}{\lambda x F(x^2)}$ , sequentes obtinere debent aequationes:

$$\varphi(x^2) = p x^{2m} F\left(\frac{1}{k^2 x^2}\right)$$

$$\lambda F(x^2) = p k x^{2m} \varphi\left(\frac{1}{k^2 x^2}\right),$$

designante  $p$  quantitatem Constantem. Ubi in his aequationibus rursus ponimus  $\frac{1}{kx}$  loco  $x$  nanciscimur:

$$\varphi\left(\frac{1}{k^2 x^2}\right) = \frac{p}{k^{2m} x^{2m}} F(x^2)$$

$$\lambda F\left(\frac{1}{k^2 x^2}\right) = \frac{pk}{k^{2m} x^{2m}} \varphi(x^2).$$

Quibus cum prioribus comparatis aequationibus, obtinemus  $\frac{p}{k^{2m}} = \frac{\lambda}{pk}$ , unde

$$p = \sqrt{\lambda k^{2m-1}}$$

Hinc fit:

$$\varphi(x^2) = x^{2m} \sqrt{\lambda k^{2m-1}} F\left(\frac{1}{k^2 x^2}\right)$$

$$F(x^2) = x^{2m} \sqrt{\frac{k^{2m+1}}{\lambda}} \varphi\left(\frac{1}{k^2 x^2}\right),$$

quarum aequationum altera ex altera sequitur.

Iam quoties expressio:

$$\frac{V+U}{1+x} = \frac{\varphi(x^2) + x F(x^2)}{1+x}$$

quadratum est functionis elementi  $x$  integrae rationalis, idem etiam valebit de alia, quae

ex illa derivatur ponendo  $\frac{1}{kx}$  loco  $x$  ac multiplicando per  $x^{2m}\sqrt{\lambda k^{2m-1}}$ . Quo facto ob-  
tinemus, siquidem  $\frac{V+U}{1+x}$  quadratum sit, functionem:

$$\begin{aligned} & x^{2m}\sqrt{\lambda k^{2m-1}} \frac{\varphi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right) + \frac{1}{kx} F\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)}{1 + \frac{1}{kx}} \\ &= \frac{\sqrt{\lambda k^{2m-1}} x^{2m} F\left(\frac{1}{k^2x^2}\right) + \sqrt{\lambda k^{2m+1}} x^{2m+1} \varphi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)}{1+kx} \\ &= \frac{\varphi(x^2) + \lambda x F(x^2)}{1+kx} = \frac{V + \lambda U}{1+kx}, \end{aligned}$$

et ipsam quadratum fore. Q. D. E.

Itaque eo revocatum est problema, ut expressio:

$$\frac{\varphi(x^2) + \sqrt{\frac{k^{2m+1}}{\lambda}} x^{2m+1} \varphi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right)}{1+x} = \frac{V+U}{1+x}.$$

Quadratum reddatur, designante  $\varphi(x^2)$  expressionem huiusmodi:

$$\varphi(x^2) = V = b + b'x^2 + b''x^4 + \dots + b^{(m)}x^{2m}.$$

Fit autem, posito  $U = x F(x^2) = x(a + a'x^2 + a''x^4 + \dots + a^{(m)}x^{2m})$ , cum sit

$$U = x F(x^2) = \sqrt{\frac{x^{2m+1}}{\lambda}} x^{2m+1} \varphi\left(\frac{1}{k^2x^2}\right):$$

$$\mathfrak{H} \left\{ \begin{array}{l} a = \sqrt{\frac{k}{\lambda}} \cdot \frac{b^{(m)}}{k^m}; \quad a' = \sqrt{\frac{k}{\lambda}} \cdot \frac{b^{(m-1)}}{k^{m-2}}, \quad a'' = \sqrt{\frac{k}{\lambda}} \cdot \frac{b^{(m-2)}}{k^{m-4}}, \dots \\ a^{(m)} = \sqrt{\frac{k}{\lambda}} \cdot k^m; \quad a^{(m-1)} = \sqrt{\frac{k}{\lambda}} \cdot b'k^{m-2}, \quad a^{(m-2)} = \sqrt{\frac{k}{\lambda}} \cdot b''k^{m-4}, \dots \end{array} \right.$$

Iam ad exempla delabimur.



PROPONITUR TRANSFORMATIO TERTII ORDINIS.

13.

Sit  $m=1$ , qui est casus simplicissimus,  $V=1+b'x^2$ ,  $U=x(a+a'x^2)$ . Posito  $A=(1+\alpha x)$ , eruumus:

$$AA=(1+\alpha x)^2=1+2\alpha x+\alpha^2 x^2, \text{ unde:}$$

$$V+U=(1+x)AA=1+(1+2\alpha)x+\alpha(2+\alpha)x^2+\alpha^2 x^3.$$

Hinc fit:

$$b'=\alpha(2+\alpha), a=1+2\alpha, a'=\alpha^2.$$

Aequationes  $\S$ . 12 in sequentes abeunt:

$$a=\sqrt{\frac{k}{\lambda}} \cdot \frac{b'}{k}; \quad a'=\sqrt{\frac{k^3}{\lambda}};$$

unde obtinemus:

$$1+2\alpha=\frac{\alpha(2+\alpha)}{\sqrt{k\lambda}}; \quad \alpha^2=\frac{\sqrt{k^3}}{\sqrt{\lambda}}, \quad \text{unde } \alpha=\sqrt[4]{\frac{k^3}{\lambda}}.$$

Ponatur  $\sqrt[4]{k}=u$ ,  $\sqrt[4]{\lambda}=v$ , erit  $\alpha=\frac{u^3}{v}$ ,  $1+2\alpha=\frac{v+2u^3}{v}$ ,  $\alpha(2+\alpha)=\frac{u^3(2v+u^3)}{v^2}$ . Hinc aequatio:

$$1+2\alpha=\alpha(2+\alpha)\sqrt{\frac{1}{k\lambda}}$$

abit in sequentem:

$$\frac{v+2u^3}{v}=\frac{u(2v+u^3)}{v^4},$$

sive:

$$1) \quad u^4-v^4+2uv(1-u^2v^2)=0.$$

Fit praeterea:

$$a=(1+2\alpha)=\frac{v+2u^3}{v}$$

$$a'=\alpha\alpha=\frac{u^6}{v^2}$$

$$b'=\alpha(2+\alpha)=u^3\left(\frac{2v+u^3}{v^2}\right)=vu^2(v+2u^3).$$

Hinc obtinemus:

$$2) \quad y=\frac{(v+2u^3)vx+u^6x^3}{vv+v^3u^2(v+2u^3)x^2}.$$

Praeterea obtinemus, quia  $1+y = \frac{(1+x)AA}{V}$ :

$$3) \quad 1+y = \frac{(1+x)(v+u^3x)^2}{vv+v^3u^2(v+2u)x^2}$$

$$4) \quad 1-y = \frac{(1-x)(v-u^3x)^2}{vv+v^3u^2(v+2u)x^2}$$

$$5) \quad \sqrt{\frac{1-y}{1+y}} = \sqrt{\frac{1-x}{1+x}} \cdot \frac{v-u^3x}{v+u^3x}$$

$$6) \quad \sqrt{1-yy} = \frac{\sqrt{1-xx}(v^2-u^6x^2)}{vv+v^3u^2(v+2u)x^2}$$

Porro loco  $x$  ponendo  $\frac{1}{kx} = \frac{1}{u^6x}$ , cum  $y$  abeat in  $\frac{1}{\lambda y} = \frac{1}{v^6y}$ , eruimus sequentium formularum systema:

$$7) \quad 1+v^6y = \frac{(1+u^6x)(1+uvx)^2}{1+v u^2(v+2u^3)x^2}$$

$$8) \quad 1-v^6y = \frac{(1-u^6x)(1-uvx)^2}{1+v u^2(v+2u^3)x^2}$$

$$9) \quad \sqrt{\frac{1-v^6y}{1+v^6y}} = \sqrt{\frac{1-u^6x}{1+u^6x}} \cdot \frac{1-uvx}{1+uvx}$$

$$10) \quad \sqrt{1-v^6y^2} = \frac{\sqrt{1-u^6x^2}(1-u^2v^2x^2)}{1+v u^2(v+2u^3)x^2}$$

## 14.

Posito  $V+U = (1+x)AA$ ,  $V+\lambda U = (1+k)CC$ ,  $V-U = (1-x)BB$ ,  $V-\lambda U = (1-kx)DD$ , vidimus fieri:

$$ABCD = M \left\{ v \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx} \right\},$$

designante  $M$  quantitatem Constantem; quam ex unius eiusdem dignitatis Coefficientis comparatione, in utraque expressione  $ABCD$ ,  $V \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx}$  instituta, eruere licet. Iam posito  $V = b + b'x^2 + \text{etc.}$ ,  $U = ax + a'x^3 + \text{etc.}$ , in singulis expressionibus  $A, B, C, D$ , fit Constans  $\sqrt{b}$ , unde in producto ex iis conflato  $bb$ ; in expressione autem  $V \frac{dU}{dx} - U \frac{dV}{dx}$  Constantem fieri videmus  $ab$ ; unde:

$$M = \frac{b}{a}.$$

Hinc in exemplo nostro fit, quia  $b=1$ ,  $a = \frac{v+2u^3}{v} = \frac{u(2v+u^3)}{v+1}$ :

$$M = \frac{v}{v+2u^3} = \frac{v^4}{u(2v+u^3)},$$

unde:

$$\frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)(1-v^2y^2)}} = \frac{(v+2u^3)dx}{v\sqrt{(1-x^2)(1-u^2x^2)}}.$$

Moduli  $k$ ,  $\lambda$ , quos per aequationem quarti gradus a se invicem pendere vidimus §. 13. 1), facile per eandem quantitatem  $\alpha$  rationaliter exprimuntur. È formulis enim supra allatis:

$$\alpha = \frac{u^3}{v}; \quad 1+2\alpha = \frac{\alpha(2+\alpha)}{\sqrt{k\lambda}} = \frac{\alpha(2+\alpha)}{u^2v^2}$$

sequitur:

$$\alpha = \frac{u^3}{v}; \quad u^2v^2 = \frac{\alpha(2+\alpha)}{1+2\alpha},$$

unde:

$$u^6 = \frac{\alpha^3(2+\alpha)}{1+2\alpha} = k^2$$

$$v^6 = \alpha \left( \frac{2+\alpha}{1+2\alpha} \right)^3 = \lambda^2.$$

Fit insuper:  $M = \frac{1}{1+2\alpha}$ , unde, posito  $y = \sin T'$ ,  $x = \sin T$ , aequatio:

$$\frac{dy}{\sqrt{1-y^2}\sqrt{1-\lambda^2y^2}} = \frac{dx}{M\sqrt{1-x^2}\sqrt{1-k^2x^2}},$$

in sequentem abit:

$$\frac{dT'}{\sqrt{(1+2\alpha)^2 - \alpha(2+\alpha)^3 \sin T'^2}} = \frac{dT}{\sqrt{1+2\alpha - \alpha^3(2+\alpha) \sin T^2}},$$

sive in hanc:

$$\frac{dT'}{\sqrt{(1+2\alpha)^3 \cos T'^2 + (1-\alpha)^3(1+\alpha) \sin T'^2}} = \frac{dT}{\sqrt{(1+2\alpha) \cos T^2 + (1+\alpha)^3(1-\alpha) \sin T^2}},$$

ad quam pervenitur substitutione facta:

$$\sin T' = \frac{(1+2\alpha) \sin T + \alpha \sin T^3}{1 + \alpha(2+\alpha) \sin T^2}.$$

D

PROPONITUR TRANSFORMATIO QUINTI ORDINIS.

15.

Iam ad exemplum, quod simplicitate proximum est, transeamus, in quo  $m = 2$ ,

$$V = 1 + b'x^2 + b''x^4, \quad U = x(a + a'x^2 + a''x^4), \quad A = 1 + \alpha x + \beta x^2.$$

Eruimus:

$$AA = 1 + 2\alpha x + (2\beta + \alpha\alpha)x^2 + 2\alpha\beta x^3 + \beta\beta x^4$$

unde:

$$\begin{aligned} \sin \operatorname{am} (nu, k) &= \frac{nMy \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{2i\Lambda'}{n}} \right) \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{4i\Lambda'}{n}} \right) \dots \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{(n-1)i\Lambda'}{n}} \right)}{\left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{i\Lambda'}{n}} \right) \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{3i\Lambda'}{n}} \right) \dots \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{(n-2)i\Lambda'}{n}} \right)} \\ &= \sqrt{\frac{\lambda^n}{k}} \sin \operatorname{am} \frac{u}{M} \sin \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{4i\Lambda'}{n} \right) \sin \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{8i\Lambda'}{n} \right) \dots \sin \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{4(n-1)i\Lambda'}{n} \right) \\ \cos \operatorname{am} (nu, k) &= \frac{\sqrt{1-yy} \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{coam} \frac{2i\Lambda'}{n}} \right) \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{coam} \frac{4i\Lambda'}{n}} \right) \dots \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{coam} \frac{(n-1)i\Lambda'}{n}} \right)}{\left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{i\Lambda'}{n}} \right) \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{3i\Lambda'}{n}} \right) \dots \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{(n-2)i\Lambda'}{n}} \right)} \\ &= \sqrt{\frac{k'\lambda^n}{k\lambda'^n}} \cos \operatorname{am} \frac{u}{M} \cos \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{4i\Lambda'}{n} \right) \cos \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{8i\Lambda'}{n} \right) \dots \cos \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{4(n-1)i\Lambda'}{n} \right) \\ \Delta \operatorname{am} (nu, k) &= \frac{\sqrt{1-\lambda^2 yy} \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{coam} \frac{i\Lambda'}{n}} \right) \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{coam} \frac{3i\Lambda'}{n}} \right) \dots \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{coam} \frac{(n-2)i\Lambda'}{n}} \right)}{\left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{i\Lambda'}{n}} \right) \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{3i\Lambda'}{n}} \right) \dots \left( 1 - \frac{yy}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{(n-2)i\Lambda'}{n}} \right)} \\ &= \sqrt{\frac{k'}{\lambda'^n}} \Delta \operatorname{am} \frac{u}{M} \Delta \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{4i\Lambda'}{n} \right) \Delta \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{8i\Lambda'}{n} \right) \dots \Delta \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{4(n-1)i\Lambda'}{n} \right) \end{aligned}$$



$$\sqrt{\frac{1 - \sin \operatorname{am}(n u, k)}{1 + \sin \operatorname{am}(n u, k)}} = \sqrt{\frac{1-y}{1+y}} \cdot \frac{\left(1 - \frac{y}{\sin \operatorname{coam} \frac{2i\Lambda'}{n}}\right) \left(1 - \frac{y}{\sin \operatorname{coam} \frac{4i\Lambda'}{n}}\right) \cdots \left(1 - \frac{y}{\sin \operatorname{coam} \frac{(n-1)i\Lambda'}{n}}\right)}{\left(1 + \frac{y}{\sin \operatorname{coam} \frac{2i\Lambda'}{n}}\right) \left(1 + \frac{y}{\sin \operatorname{coam} \frac{4i\Lambda'}{n}}\right) \cdots \left(1 + \frac{y}{\sin \operatorname{coam} \frac{(n-1)i\Lambda'}{n}}\right)}$$

$$\sqrt{\frac{1 - k \sin \operatorname{am}(n u, k)}{1 + k \sin \operatorname{am}(n u, k)}} = \sqrt{\frac{1-\lambda y}{1+\lambda y}} \cdot \frac{\left(1 - \frac{y}{\sin \operatorname{coam} \frac{i\Lambda'}{n}}\right) \left(1 - \frac{y}{\sin \operatorname{coam} \frac{3i\Lambda'}{n}}\right) \cdots \left(1 - \frac{y}{\sin \operatorname{coam} \frac{(n-2)i\Lambda'}{n}}\right)}{\left(1 + \frac{y}{\sin \operatorname{coam} \frac{i\Lambda'}{n}}\right) \left(1 + \frac{y}{\sin \operatorname{coam} \frac{3i\Lambda'}{n}}\right) \cdots \left(1 + \frac{y}{\sin \operatorname{coam} \frac{(n-2)i\Lambda'}{n}}\right)}$$

$$\sin \operatorname{am}(n u, k) = \frac{\lambda y}{k n M} - \frac{2y}{k n M} \sum \frac{\cos \operatorname{am} \frac{(2q-1)i\Lambda'}{n} \Delta \operatorname{am} \frac{(2q-1)i\Lambda'}{n}}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{(2q-1)i\Lambda'}{n} - y y}$$

$$\cos \operatorname{am}(n u, k) = \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}} \lambda \sqrt{1-yy}}{k n M} + \frac{2\sqrt{1-yy}}{i k n M} \sum \frac{(-1)^q \sin \operatorname{am} \frac{(2q-1)i\Lambda'}{n} \Delta \operatorname{am} \frac{(2q-1)i\Lambda'}{n}}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{(2q-1)i\Lambda'}{n} - y y}$$

$$\Delta \operatorname{am}(n u, k) = \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}}}{n M} \sqrt{1-\lambda^2 y y} + \frac{2\sqrt{1-\lambda^2 y y}}{i n M} \sum \frac{(-1)^q \sin \operatorname{am} \frac{(2q-1)i\Lambda'}{n} \cos \operatorname{am} \frac{(2q-1)i\Lambda'}{n}}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{(2q-1)i\Lambda'}{n} - y y}$$

$$\operatorname{tg} \operatorname{am}(n u, k) = \frac{\lambda'}{k' n M} \cdot \frac{y}{\sqrt{1-yy}} + \frac{2y\sqrt{1-yy}}{k' n M} \sum \frac{(-1)^q \Delta \operatorname{am} \frac{2qi\Lambda'}{n}}{\cos^2 \operatorname{am} \frac{2qi\Lambda'}{n} - \Delta^2 \operatorname{am} \frac{2qi\Lambda'}{n} \sin^2 \operatorname{am} u}$$

Theorema analyticum generale, transformationem illam primae supplementariam concernens, iam initio mensis Augusti a. 1827 cum Cl. Legendre communicavi, cuius etiam ille in Nota supra citata (Nova Astr. a. 1827. no. 130) mentionem iniicere voluit. Simile formularum systema pro transformatione altera secundae supplementaria s. transformatione Moduli  $\lambda$ , in Modulum  $k$  stabiliri potuisset. Quae omnia ut dilucidiora fiant, adiecta tabula formulas fundamentales pro transformationibus prima et secunda earum complementariis et supplementariis conspectui exponere placuit.

Nec non e numero transformationum imaginariarum una quaeque suam habet supplementariam ad Multiplicationem. Supponamus, quod licet, numeros  $m, m'$  §. 20 factorem communem non habere: sit porro  $m\mu' - \mu m' = 1$ , designantibus  $\mu, \mu'$  numeros integros positivos s. negativos. Iam si in formulis nostris generalibus de transformatione propositis §. 20 sqq. ponitur  $\omega = \frac{\mu K + \mu' i K'}{nM}$ , ac  $k$  et  $\lambda$  inter se commutantur, formulas obtines, quae ad supplementariam transformationis pertinent. Posito  $m=1, m'=0$ , fit  $\mu=0, \mu'=1$ , unde  $\frac{\mu K + \mu' i K'}{nM} = \frac{i K'}{nM} = \frac{i \Lambda'}{n}$ , quod primae supplementariam praebet, uti vidimus.

FORMULAE ANALYTICAE GENERALES PRO MULTIPLICATIONE  
FUNCTIONUM ELLIPTICARUM.

28.

E binis Transformationibus Supplementariis componere licet ipsas pro Multiplicatione formulas, s. formulas, quibus functiones ellipticae Argumenti  $nu$  per functiones ellipticas Argumenti  $u$  exprimuntur. Quod ut exemplo demonstretur, Multiplicationem e transformatione prima eiusque supplementaria componamus. Quem in finem revocetur formula:

$$\sin \operatorname{am} \left( \frac{u}{M}, \lambda \right) = (-1)^{\frac{n-1}{2}} \sqrt{\frac{k^n}{\lambda}} \sin \operatorname{am} u \sin \operatorname{am} \left( u + \frac{4K}{n} \right) \sin \operatorname{am} \left( u + \frac{8K}{n} \right) \dots \sin \operatorname{am} \left( u + \frac{4(n-1)K}{n} \right),$$

quam etiam hunc in modum repraesentare licet:

$$(-1)^{\frac{n-1}{2}} \sin \operatorname{am} \left( \frac{u}{M}, \lambda \right) = \sqrt{\frac{k^n}{\lambda}} \prod \sin \operatorname{am} \left( u + \frac{2mK}{n} \right),$$

designante  $m$  numeros  $0, \pm 1, \pm 2, \dots, \pm \frac{n-1}{2}$ . In hac formula loco  $u$  ponamus  $u + \frac{2m' i K'}{n}$ , unde  $\frac{u}{M}$  abit in  $\frac{u}{M} + \frac{2m' i K'}{n} = \frac{u}{M} + \frac{2m' i \Lambda'}{n}$ : prodit

$$(-1)^{\frac{n-1}{2}} \sin \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{2m' i \Lambda'}{n}, \lambda \right) = \sqrt{\frac{k^n}{\lambda}} \prod \sin \operatorname{am} \left( u + \frac{2mK + 2m' i K'}{n} \right).$$

Iam ubi et ipsi  $m'$  tribuantur valores  $0, \pm 1, \pm 2, \dots, \pm \frac{n-1}{2}$ , ita ut utrisque  $m, m'$  isti convenient valores, facto producto obtinemus:

$$(-1)^{\frac{n-1}{2}} \prod \sin \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{2m'i\Lambda'}{n}, \lambda \right) = \sqrt{\frac{k^{nn}}{\lambda^n}} \prod \sin \operatorname{am} \left( u + \frac{2mK + 2m'iK'}{n} \right);$$

ubi in altero producto numero  $m'$ , in altero utriusque  $m, m'$  valores  $0, \pm 1, \pm 2, \dots, \pm \frac{n-1}{2}$  tribuendi sunt.

At vidimus §° praecedente, esse:

$$\sin \operatorname{am}(nu, k) = \sqrt{\frac{\lambda^n}{k}} \sin \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} \right) \sin \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{4i\Lambda'}{n} \right) \sin \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{8i\Lambda'}{n} \right) \dots \sin \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{4(n-1)i\Lambda'}{n} \right) \{ \operatorname{Mod} \lambda \},$$

quam ita quoque repraesentare licet formulam:

$$\sin \operatorname{am}(nu, k) = \sqrt{\frac{\lambda^n}{k}} \prod \sin \operatorname{am} \left( \frac{u}{M} + \frac{2m'i\Lambda'}{n}, \lambda \right),$$

unde iam:

$$1) \sin \operatorname{am} nu = (-1)^{\frac{n-1}{2}} \sqrt{k^{nn-1}} \prod \sin \operatorname{am} \left( u + \frac{2mK + 2m'iK'}{n} \right).$$

Eodem modo invenitur:

$$2) \cos \operatorname{am} nu = \sqrt{\left(\frac{k}{k'}\right)^{nn-1}} \prod \cos \operatorname{am} \left( u + \frac{2mK + 2m'iK'}{n} \right)$$

$$3) \Delta \operatorname{am} nu = \sqrt{\left(\frac{1}{k'}\right)^{nn-1}} \prod \Delta \operatorname{am} \left( u + \frac{2mK + 2m'iK'}{n} \right).$$

Quae facile etiam in hanc formam rediguntur formulae:

$$4) \sin \operatorname{am} nu = u \sin \operatorname{am} u \prod \frac{\left(1 - \frac{\sin^2 \operatorname{am} u}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{2mK + 2m'iK'}{n}}\right)}{\left(1 - k^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{2mK + 2m'iK'}{n} \sin^2 \operatorname{am} u\right)}$$

$$5) \cos \operatorname{am} nu = \cos \operatorname{am} u \prod \frac{\left(1 - \frac{\sin^2 \operatorname{am} u}{\sin^2 \operatorname{coam} \frac{2mK + 2m'iK'}{n}}\right)}{\left(1 - k^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{2mK + 2m'iK'}{n} \sin^2 \operatorname{am} u\right)}$$

I

$$6) \Delta \operatorname{am} n u = \Delta \operatorname{am} u \prod \frac{1 - k^2 \sin^2 \operatorname{coam} \frac{2mK + 2m'iK'}{n} \operatorname{sh}^2 \operatorname{am} u}{1 - k^2 \operatorname{sh}^2 \operatorname{am} \frac{2mK + 2m'iK'}{n} \sin^2 \operatorname{am} u}.$$

Quibus addere placet sequentes:

$$7) \prod \sin^2 \operatorname{am} \frac{2mK + 2m'iK'}{n} = \frac{(-1)^{\frac{n-1}{2}} n}{k^{\frac{n-1}{2}}}$$

$$8) \prod \cos^2 \operatorname{am} \frac{2mK + 2m'iK'}{n} = \left(\frac{k'}{k}\right)^{\frac{n-1}{2}}$$

$$9) \prod \Delta^2 \operatorname{am} \frac{2mK + 2m'iK'}{n} = k'^{\frac{n-1}{2}}.$$

In sex formulis postremis numero  $m$  valores tantum positivi  $0, 1, 2, 3, \dots, \frac{n-1}{2}$  conveniunt, ita tamen ut quoties  $m = 0$  et ipsi  $m'$  valores tantum positivi  $1, 2, 3, \dots, \frac{n-1}{2}$  tribuantur. Et has et alias pro Multiplicatione formulas iam prius Cl. *Abel* mutatis mutandis proposuit, unde nobis breviores esse licuit.

V

## DE AEQUATIONUM MODULARIUM AFFECTIBUS.

### 29.

Quia eodem modo  $\lambda$  a  $k$  atque  $k$  a  $\lambda$ , nec non  $\lambda'$  a  $k'$ ,  $k'$  a  $\lambda'$  pendet; patet, ubi secundum eandem legem Modulorum scalas condas, qui in se invicem transformari possunt, alteram Modulum  $k$ , alteram Complementum eius  $k'$  continentem, in iis terminos fore eodem ordine se excipientes:

$$\begin{aligned} & \dots, \lambda, k, \lambda, \dots \\ & \dots, \lambda', k', \lambda', \dots \end{aligned}$$

Id quod in transformationibus secundi et tertii ordinis idem prius a Cl. Legendre observatum et facto calculo confirmatum est. Similia cum de omnibus Modulis transformatis et imaginariis valeant, patet, designante  $\lambda$  Modulum transformatum quemlibet, aequationes algebraicas inter  $k$  et  $\lambda$ , seu inter  $u = \sqrt{k}$  et  $v = \sqrt{\lambda}$ , quas *Aequationes Modulares* nuncupavimus, immutatas manere,

- 1) ubi  $k$  et  $\lambda$  inter se commutentur,
- 2) ubi  $k'$  loco  $k$ ,  $\lambda'$  loco  $\lambda$  ponatur.

Alterum iam supra in aequationibus Modularibus, quae ad transformationes tertii et quinti ordinis pertinent:

$$\begin{aligned} 1) \quad & u^4 - v^4 + 2uv(1 - u^2v^2) = 0 \\ 2) \quad & u^6 - v^6 + 5u^2v^2(u^2 - v^2) + 4uv(1 - u^4v^4) = 0 \end{aligned}$$

observavimus; eiusque observationis ope expressiones algebraicas pro transformationibus supplementariis exhibuimus. Ut alterum quoque his exemplis probetur, aequationes illas in alias transformemus inter  $kk = u^6$  et  $\lambda\lambda = v^6$ , quod non sine calculo prolixo fit. Quo subducto obtinentur aequationes:

$$\begin{aligned} 1) \quad & (k^2 - \lambda^2)^4 = 128 k^2 \lambda^2 (1 - k^2) (1 - \lambda^2) (2 - k^2 - \lambda^2 + 2k^2\lambda^2) \\ 2) \quad & (k^2 - \lambda^2)^6 = 512 k^2 \lambda^2 (1 - k^2) (1 - \lambda^2) \{L - L'k^2 + L''k^4 - L'''k^6\}, \end{aligned}$$

siquidem in secunda ponitur:

$$\begin{aligned} L &= 128 - 192\lambda^2 + 78\lambda^4 - 7\lambda^6 \\ L' &= 192 + 252\lambda^2 - 423\lambda^4 - 78\lambda^6 \\ L'' &= 78 + 423\lambda^2 - 252\lambda^4 - 192\lambda^6 \\ L''' &= 7 - 78\lambda^2 - 192\lambda^4 - 128\lambda^6. \end{aligned}$$

Quae in formam multo commodiorem abeunt aequationes, introductis quantitibus  $q = 1 - 2k^2$ ,  $l = 1 - 2\lambda^2$ . Quo facto aequationes propositae evadunt:

$$\begin{aligned} 1) \quad & (q-l)^4 = 64(1-qq)(1-l)\{3+q\} \\ 2) \quad & (q-l)^6 = 256(1-qq)(1-l)\{16q(9-q)^2 + 9(45-q)(q-l)^2\} \\ & = 256(1-qq)(1-l)\{405(qq+1) + 486q - 9q(qq+1) - 270qq + 16q^3\}. \end{aligned}$$

Quae aequationes, ubi  $k'$  loco  $k$ ,  $\lambda'$  loco  $\lambda$  ponitur, unde  $q$  in  $-q$ ,  $l$  in  $-l$  abit, immutatae manent; id quod demonstrandum erat.

*Corollarium.* Quia Aequationes Modulares inter  $q = 1 - 2k^2$  et  $l = 1 - 2\lambda^2$  propositas formam satis commodam induere vidimus, interesse potest, et ipsas functiones  $K$ ,  $K'$  secundum quantitatem  $q$  evolvere. Quod non ineleganter fit per series:

$$\begin{aligned} K &= J \left( 1 + \frac{q^2}{2 \cdot 4} + \frac{5 \cdot 5 \cdot q^4}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8} + \frac{5 \cdot 5 \cdot 9 \cdot 9 \cdot q^6}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8 \cdot 10 \cdot 12} + \dots \right) \\ &\quad - \frac{\pi}{2J} \left( \frac{q}{2} + \frac{3 \cdot 3 \cdot q^3}{2 \cdot 4 \cdot 6} + \frac{3 \cdot 3 \cdot 7 \cdot 7 \cdot q^5}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8 \cdot 10} + \frac{3 \cdot 3 \cdot 7 \cdot 7 \cdot 11 \cdot 11 \cdot q^7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8 \cdot 10 \cdot 12 \cdot 14} + \dots \right) \end{aligned}$$

$$K' = J \left( 1 + \frac{q^2}{2 \cdot 4} + \frac{5 \cdot 5 \cdot q^4}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8} + \frac{5 \cdot 5 \cdot 9 \cdot 9 \cdot q^6}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8 \cdot 10 \cdot 12} + \dots \right) \\ + \frac{\pi}{2J} \left( \frac{q}{2} + \frac{3 \cdot 3 \cdot q^3}{2 \cdot 4 \cdot 6} + \frac{3 \cdot 3 \cdot 7 \cdot 7 \cdot q^5}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8 \cdot 10} + \frac{3 \cdot 3 \cdot 7 \cdot 7 \cdot 11 \cdot 11 \cdot q^7}{2 \cdot 4 \cdot 6 \cdot 8 \cdot 10 \cdot 12 \cdot 14} + \dots \right)$$

ubi brevitatis causa positum est

$$\int_0^{\frac{\pi}{2}} \frac{d\phi}{\sqrt{1 - \frac{1}{2} \sin^2 \phi}} = J.$$

30.

Faciliori negotio pro transformatione tertii ordinis aequationem :

$$u^4 - v^4 + 2uv(1 - u^2v^2) = 0$$

ita transformare licet, ut correlatio illa inter Modulos et Complementa eluceat. Obtine-  
mus enim ex illa :

$$(1 - u^4)(1 + v^4) = 1 - u^4v^4 + 2uv(1 - u^2v^2) = (1 - u^2v^2)(1 + uv)^2 \\ (1 + u^4)(1 - v^4) = 1 - u^4v^4 - 2uv(1 - u^2v^2) = (1 - u^2v^2)(1 - uv)^2,$$

quibus in se ductis aequationibus prodit :

$$(1 - u^4)(1 - v^4) = (1 - u^2v^2)^4.$$

Iam sit :

$$1 - u^4 = k'k' = u'^4 \\ 1 - v^4 = \lambda'\lambda' = v'^4,$$

extractis radicibus fit :

$$u'^2v'^2 = 1 - u^2v^2,$$

sive

$$u^2v^2 + u'^2v'^2 = \sqrt{k\lambda} + \sqrt{k'\lambda'} = 1,$$

quam ipsam elegantissimam formulam iam Cl. Legendre exhibuit. Neque ineleganter illa  
per formulas nostras analyticas probatur. Quippe e quibus casu  $n = 3$  fluit :

$$\lambda = k^3 \sin^4 \operatorname{com} 4\omega; \quad \lambda' = \frac{k'^3}{\Delta^4 \operatorname{am} 4\omega},$$

unde:

$$\sqrt{k\lambda} = k^2 \sin^2 \operatorname{coam} 4\omega = \frac{k^2 \cos^2 \operatorname{am} 4\omega}{\Delta^2 \operatorname{am} 4\omega}$$

$$\sqrt{k'\lambda'} = \frac{k'^2}{\Delta^2 \operatorname{am} 4\omega},$$

unde cum sit:

$$k'k' + k k \cos^2 \operatorname{am} 4\omega = 1 - k k \sin^2 \operatorname{am} 4\omega = \Delta^2 \operatorname{am} 4\omega,$$

obtinemus, quod demonstrandum erat:

$$\sqrt{k\lambda} + \sqrt{k'\lambda'} = 1.$$

Ut exemplo secundo simpliciore inter  $u$ ,  $v$ ,  $u'$ ,  $v'$  eruam aequationem, ita ago.

Aequationem propositam:

$$u^6 - v^6 + 5u^2v^2(u^2 - v^2) + 4uv(1 - u^4v^4) = 0$$

exhibeo, ut sequitur:

$$(u^2 - v^2)(u^4 + 6u^2v^2 + v^4) + 4uv(1 - u^4v^4) = 0,$$

quam facile patet induere posse formas duas sequentes:

$$(u^2 - v^2)(u + v)^4 = -4uv(1 - u^4)(1 + v^4)$$

$$(u^2 - v^2)(u - v)^4 = -4uv(1 + u^4)(1 - v^4),$$

quibus in se ductis aequationibus prodit:

$$(u^2 - v^2)^6 = 16u^2v^2(1 - u^8)(1 - v^8) = 16u^2v^2u'^6v'^6.$$

Quia simul, ut supra probatum est,  $u^8$  in  $u'^6$ ,  $v^8$  in  $v'^6$  abit, obtinemus etiam:

$$(v^2 - u'^2)^6 = 16u'^2v'^2(1 - u'^6)(1 - v'^6) = 16u'^2v'^2u^6v^6.$$

Hinc facta divisione et extractis radicibus, eruitur:

$$\frac{u^2 - v^2}{v^2 - u'^2} = \frac{u'v'}{uv}, \quad \text{sive } uv(u^2 - v^2) = u'v'(v'^2 - u'^2),$$

sive

$$\sqrt[4]{k\lambda}(\sqrt{k} - \sqrt{\lambda}) = \sqrt[4]{k'\lambda'}(\sqrt{\lambda'} - \sqrt{k'}).$$

31.

Alia adhuc aequationum Modularium

$$u^4 - v^4 + 2 u v (1 - u^2 v^2) = 0$$

$$u^6 - v^6 + 5 u^2 v^2 (u^2 - v^2) + 4 u v (1 - u^4 v^4) = 0$$

insignis proprietas vel ipso intuitu invenitur, viz. immutatas eas manere, siquidem loco  $u$ ,  $v$  ponatur  $\frac{1}{u}$ ,  $\frac{1}{v}$ . Quod ut generaliter de aequationibus Modularibus demonstretur, adnotentur sequentia, quae ad alias etiam quaestiones usui esse possunt.

Ubi ponitur  $y = kx$ , obtinetur:

$$\frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} = \frac{k dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2 x^2)}}$$

unde cum simul  $x = 0$ ,  $y = 0$ :

$$\int_0^y \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} = k \int_0^x \frac{dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2 x^2)}}$$

Hinc posito

$$\int_0^x \frac{dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2 x^2)}} = u, \text{ fit:}$$

$$\int_0^y \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} = k u,$$

unde  $x = \sin \operatorname{am} (u, k)$ ,  $y = \sin \operatorname{am} \left(k u, \frac{1}{k}\right)$ . Hinc provenit aequatio:

$$\sin \operatorname{am} \left(k u, \frac{1}{k}\right) = k \sin \operatorname{am} (u, k), \text{ unde etiam}$$

$$\cos \operatorname{am} \left(k u, \frac{1}{k}\right) = \Delta \operatorname{am} (u, k)$$

$$\Delta \operatorname{am} \left(k u, \frac{1}{k}\right) = \cos \operatorname{am} (u, k)$$

$$\operatorname{tg} \operatorname{am} \left(k u, \frac{1}{k}\right) = \frac{k}{k'} \cos \operatorname{coam} (u, k)$$



$$\sin \operatorname{coam} \left( k u, \frac{1}{k} \right) = \frac{1}{\sin \operatorname{coam} (u, k)}$$

$$\cos \operatorname{coam} \left( k u, \frac{1}{k} \right) = i k' \operatorname{tg} \operatorname{am} (u, k)$$

$$\Delta \operatorname{coam} \left( k u, \frac{1}{k} \right) = \frac{\sqrt{i k'}}{k \cos \operatorname{am} (u, k)}$$

$$\operatorname{tg} \operatorname{coam} \left( k u, \frac{1}{k} \right) = \frac{-i}{\cos \operatorname{coam} (u, k)}$$

Porro ponendo  $i u$  loco  $u$ , quia Complementum Moduli  $\frac{1}{k}$  fit  $\frac{i k'}{k}$ , obtinemus adiumento formularum §<sup>i</sup> 19:

$$\sin \operatorname{am} \left( k u, \frac{i k'}{k} \right) = \cos \operatorname{coam} (u, k')$$

$$\cos \operatorname{am} \left( k u, \frac{i k'}{k} \right) = \sin \operatorname{coam} (u, k')$$

$$\Delta \operatorname{am} \left( k u, \frac{i k'}{k} \right) = \frac{1}{\Delta \operatorname{am} (u, k)}$$

$$\operatorname{tg} \operatorname{am} \left( k u, \frac{i k'}{k} \right) = \operatorname{cotg} \operatorname{coam} (u, k')$$

$$\sin \operatorname{coam} \left( k u, \frac{i k'}{k} \right) = \cos \operatorname{am} (u, k')$$

$$\cos \operatorname{coam} \left( k u, \frac{i k'}{k} \right) = \sin \operatorname{am} (u, k')$$

$$\Delta \operatorname{coam} \left( k u, \frac{i k'}{k} \right) = \frac{\Delta \operatorname{am} (u, k')}{k}$$

$$\operatorname{tg} \operatorname{coam} \left( k u, \frac{i k'}{k} \right) = \operatorname{cotg} \operatorname{am} (u, k').$$

Iam investigemus, quaenam evadant  $K$ ,  $K'$  seu  $\operatorname{arg. am} \left( \frac{\pi}{2}, k \right)$ ,  $\operatorname{arg. am} \left( \frac{\pi}{2}, k' \right)$ , siquidem loco  $k$  ponitur  $\frac{1}{k}$ ; seu investigemus valorem expressionum  $\operatorname{arg. am} \left( \frac{\pi}{2}, \frac{1}{k} \right)$ ,  $\operatorname{arg. am} \left( \frac{\pi}{2}, \frac{i k'}{k} \right)$ , quae expressiones e notatione a Cl. Legendre adhibita forent  $F^{\pi} \left( \frac{1}{k} \right)$ ,  $F^{\pi} \left( \frac{i k'}{k} \right)$ . Fit autem primum:

$$\operatorname{arg} \operatorname{am} \left( \frac{\pi}{2}, \frac{1}{k} \right) = \int_0^1 \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} = \int_0^k \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} + \int_k^1 \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}}.$$

Posito  $y = kx$ , fit

$$\int_0^k \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} = k \int_0^1 \frac{dx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k^2x^2)}} = kK.$$

Ut alterum eruatur integrale  $\int_k^1 \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}}$ , ponamus  $y = \sqrt{1-k'k'x^2}$ , unde

$$\frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(\frac{y^2}{k^2}-1\right)}} = \frac{-kdx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k'k'x^2)}}. \quad \text{Iam quia } x \text{ inde a } 0 \text{ usque ad } 1 \text{ crescit, si-}$$

mul atque  $y$  inde a 1 usque  $k$  decrescit, obtinemus:

$$\int_k^1 \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1-\frac{y^2}{k^2}\right)}} = -i \int_k^1 \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(\frac{y^2}{k^2}-1\right)}} = i \int_0^1 \frac{kdx}{\sqrt{(1-x^2)(1-k'k'x^2)}} = i k K'.$$

Hinc prodit  $\arg. \operatorname{am}\left(\frac{\pi}{2}, \frac{1}{k}\right) = k \left\{ \arg. \operatorname{am}\left(\frac{\pi}{2}, k\right) + i \arg. \operatorname{am}\left(\frac{\pi}{2}, k'\right) \right\} = k \{K + iK'\}$ ,  
sive ubi  $k$  in  $\frac{1}{k}$  mutatur, abit  $K$  in  $k \{K + iK'\}$ .

Posito secundo loco  $y = \cos \varphi$ , fit:

$$\int_0^1 \frac{dy}{\sqrt{(1-y^2)\left(1+\frac{k'k'}{kk}y^2\right)}} = k \int_0^{\frac{\pi}{2}} \frac{d\varphi}{\sqrt{1-k'k'\sin^2\varphi}} = kK', \quad \text{unde:}$$

$$\arg. \operatorname{am}\left(\frac{\pi}{2}, \frac{ik'}{k}\right) = k \arg. \operatorname{am}\left(\frac{\pi}{2}, k'\right) = kK',$$

seu ubi  $k$  in  $\frac{1}{k}$  mutatur, abit  $K'$  in  $kK'$ .

Generaliter igitur mutato  $k$  in  $\frac{1}{k}$  abit  $mK + im'K'$  in  $k \{mK + (m+m')iK'\}$ ,

unde  $\sin \operatorname{coam} \left\{ \frac{p(mK + im'K')}{n}, k \right\}$  in  $\sin \operatorname{coam} \left\{ \frac{kp(mK + (m+m')iK')}{n}, \frac{1}{k} \right\}$ , id quod e for-

mula  $\sin \operatorname{coam} \left( ku, \frac{1}{k} \right) = \frac{1}{\sin \operatorname{coam}(u, k)}$  fit:

$$\sin \operatorname{coam} \left\{ \frac{kp(mK + (m+m')iK')}{n}, \frac{1}{k} \right\} = \frac{1}{\sin \operatorname{coam} \left\{ \frac{p(mK + (m+m')iK')}{n}, k \right\}}.$$

Iam igitur, posito  $\frac{mK + m'iK'}{n} = \omega$ ,  $\frac{mK + (m+n')iK'}{n} = \omega$ , expressio

$$\lambda = k^n \{ \sin \text{coam } 2\omega \sin \text{coam } 4\omega \sin \text{coam } 6\omega \dots \sin \text{coam } (n-1)\omega \}^4,$$

mutato  $k$  in  $\frac{1}{k}$  in hanc abit:

$$\frac{1}{k^n \{ \sin \text{coam } 2\omega \sin \text{coam } 4\omega \sin \text{coam } 6\omega \dots \sin \text{coam } (n-1)\omega \}^4} = \frac{1}{\mu},$$

ubi  $\mu$  et ipsa est radix aequationis Modularis, seu e Modulorum numero, in quos per transformationem  $n^{\text{ti}}$  ordinis Modulum propositum  $k$  transformare licet. Namque e valoribus, quos  $\omega$  induere potest, ut prodeat Modulus transformatus, erit etiam ille  $\omega$ . Unde iam causa patet, cur generaliter Aequationes Modulares mutato  $k$  in  $\frac{1}{k}$ ,  $\lambda$  in  $\frac{1}{\lambda}$  immutatae manere debeant.

Adnotabo adhuc, ubi secundum eandem transformationis legem quampiam simul transformatur  $k$  in  $k^{(m)}$ ,  $\lambda$  in  $\lambda^{(m)}$ , quoties  $k^{(m)}$  loco  $k$  ponatur, etiam  $\lambda$  in  $\lambda^{(m)}$  abire; unde aequationes Modulares ubi simul  $k$  in  $k^{(m)}$ ,  $\lambda$  in  $\lambda^{(m)}$  mutatur, immutatae manere debent. Ita ex. g. aequatio  $\sqrt{k\lambda} + \sqrt{k'\lambda'} = 1$ , quae est pro transformatione tertii ordinis immutata manere debet, ubi loco  $k$ ,  $\lambda$  resp. ponitur  $\frac{1-k'}{1+k'}$ ,  $\frac{1-\lambda'}{1+\lambda'}$ , unde loco  $k'$ ,  $\lambda'$  ponetur  $\frac{2\sqrt{k'}}{1+k'}$ ,  $\frac{2\sqrt{\lambda'}}{1+\lambda'}$ , id quod per transformationem secundi ordinis fieri notum est.

Quippe aequatio  $\sqrt{k\lambda} + \sqrt{k'\lambda'} = 1$  in hanc abit:

$$\sqrt{\frac{(1-k')(1-\lambda')}{(1+k')(1+\lambda')}} + \frac{2\sqrt{k'\lambda'}}{\sqrt{(1+k')(1+\lambda')}} = 1, \text{ sive}$$

$$2\sqrt{k'\lambda'} = \sqrt{(1+k')(1+\lambda')} - \sqrt{(1-k')(1-\lambda')}.$$

Qua in se ipsa ducta prodit:

$$4\sqrt{k'\lambda'} = 2(1+k'\lambda') - 2k\lambda, \text{ sive } k\lambda = 1+k'\lambda' - 2\sqrt{k'\lambda'},$$

quae extractis radicibus in propositam redit:

$$\sqrt{k\lambda} = 1 - \sqrt{k'\lambda'} \text{ sive } \sqrt{k\lambda} + \sqrt{k'\lambda'} = 1.$$

Quod exemplum iam a Cl. Legendre propositum est. Generaliter autem de compositione transformationum probari potest, transformationibus duabus aut pluribus successive adhibitis, ad eandem perveniri, quocumque illae adhibeantur ordine.

K

At inter affectus Aequationum Modularium id maxime memorabile ac singulare mihi videor animadvertere, quod eidem omnes Aequationi Differentiali Tertii Ordinis satisfaciant. Cuius tamen investigatio paullo longius repetenda erit.

Satis notum est \*), posito  $aK + bK' = Q$ , fore:

$$k(1-k^2) \frac{d^2 Q}{dk^2} + (1-3k^2) \frac{dQ}{dk} = kQ,$$

designantibus  $a, b$  Constantes quaslibet. Ita etiam posito  $a'K + b'K' = Q'$ , designantibus  $a', b'$  alias Constantes quaslibet, erit

$$k(1-k^2) \frac{d^2 Q'}{dk^2} + (1-3k^2) \frac{dQ'}{dk} = kQ'.$$

Quibus combinatis aequationibus, obtinetur:

$$k(1-k^2) \left\{ Q \frac{d^2 Q'}{dk^2} - Q' \frac{d^2 Q}{dk^2} \right\} + (1-3k^2) \left\{ Q \frac{dQ'}{dk} - Q' \frac{dQ}{dk} \right\} = 0,$$

unde integratione facta:

$$k(1-k^2) \left\{ Q \frac{dQ'}{dk} - Q' \frac{dQ}{dk} \right\} = (ab' - a'b) k(1-k^2) \left\{ K \frac{dK'}{dk} - K' \frac{dK}{dk} \right\} = (ab' - a'b) C.$$

Constans  $C$  a Cl. Legendre e casu speciali inventa est  $= \frac{\pi}{2}$ , unde iam

$$Q \frac{dQ'}{dk} - Q' \frac{dQ}{dk} = \frac{-\frac{1}{2} \pi (ab' - a'b)}{k(1-k^2)}, \quad \text{sive}$$

$$d \frac{Q'}{Q} = \frac{-\frac{1}{2} \pi (ab' - a'b) dk}{k(1-k^2) Q Q}.$$

Similiter designante  $\lambda$  alium Modulum quemlibet, erit posito  $\alpha \Lambda + \beta \Lambda' = L$ ,  $\alpha' \Lambda + \beta' \Lambda' = L'$ ,

$$d \frac{L'}{L} = \frac{-\frac{1}{2} \pi (\alpha\beta' - \alpha'\beta) d\lambda}{\lambda(1-\lambda^2) LL}.$$

Sit  $\lambda$  Modulus in quem  $k$  per transformationem primam  $n^{\text{th}}$  ordinis transformatur; sit porro  $Q = K$ ,  $Q' = K'$ ,  $L = \Lambda$ ,  $L' = \Lambda'$ ; erit:

$$\frac{L'}{L} = \frac{\Lambda'}{\Lambda} = \frac{nK'}{K} = \frac{nQ'}{Q},$$

---

\*) Cf. Legendre *Traité des F. E.* Tom. I. Cap. XIII.

unde

$$\frac{n dk}{k(1-k^2)KK} = \frac{d\lambda}{\lambda(1-\lambda^2)\Lambda\Lambda}$$

Invenimus autem pro ea transformatione  $\Lambda = \frac{K}{uM}$ , unde iam:

$$MM = \frac{1}{n} \cdot \frac{\lambda(1-\lambda^2)dk}{k(1-k^2)d\lambda}$$

In transformatione secunda vidimus esse  $\frac{\Lambda'}{\Lambda} = \frac{1}{n} \frac{K'}{K}$ ,  $\Lambda_i = \frac{K}{M_i}$ , unde:

$$\frac{dk}{k(1-k^2)KK} = \frac{n d\lambda_i}{\lambda_i(1-\lambda_i^2)\Lambda_i\Lambda_i}$$

unde et hic:

$$M_i M_i = \frac{1}{n} \cdot \frac{\lambda_i(1-\lambda_i^2)dk}{k(1-k^2)d\lambda_i}$$

Generaliter autem, quicumque sit Modulus  $\lambda$ , sive realis sive imaginarius, in quem per transformationem  $n^{\text{ti}}$  ordinis transformari potest Modulus propositus  $k$ , valebit aequatio:

$$MM = \frac{1}{n} \cdot \frac{k(1-k^2)d\lambda}{\lambda(1-\lambda^2)dk}$$

Quod ut probetur, adnotabo generaliter obtineri aequationes formae:

$$\begin{aligned} \alpha \Lambda + i \beta \Lambda' &= \frac{aK + ibK'}{nM} \\ \alpha' \Lambda' + i \beta' \Lambda &= \frac{a'K' + ib'K}{nM} \end{aligned}$$

designantibus  $a, a', \alpha, \alpha'$  numeros impares,  $b, b', \beta, \beta'$  numeros pares, utrosque positivos vel negativos eiusmodi, ut sit  $aa' + bb' = 1$ ,  $\alpha\alpha' + \beta\beta' = 1$  \*). Hinc posito:

$$\begin{aligned} aK + ibK' &= Q, & a'K' + ib'K &= Q' \\ \alpha\Lambda + i\beta\Lambda' &= L, & \alpha'\Lambda' + i\beta'\Lambda &= L' \end{aligned}$$

obtinemus, quia  $aa' + bb' = 1$ ,  $\alpha\alpha' + \beta\beta' = 1$ :

$$d \frac{Q'}{Q} = \frac{-n\pi dk}{2k(1-k^2)QQ}, \quad d \frac{L'}{L} = \frac{-\pi d\lambda}{2\lambda(1-\lambda^2)LL}$$

\*) Accuratio numerorum  $a, a', b, b'$  cet. cet. determinatio pro singulis eiusdem ordinis transformationibus gravibus laborare difficultatibus videtur. Immo haec determinatio, nisi egregie fallimur, maxime a limitibus pendet, inter quos Modulus  $k$  versatur, ita ut pro limitibus diversis plane alia evadat. Id quod quam intricatam reddat quaestionem, expertus cognoscat. Ante omnia autem accuratius in naturam Modulorum imaginariorum inquirendum esse videtur, quae adhuc tota iacet quaestio.

unde cum sit:  $\frac{Q'}{Q} = \frac{L'}{L}$ ,  $L = \frac{Q}{nM}$ , generaliter fit:

$$MM = \frac{1}{n} \cdot \frac{\lambda(1-\lambda^2) dk}{k(1-k^2) d\lambda}.$$

Adnotabo adhuc, aequationem inventam ita quoque exhiberi posse:

$$MM = \frac{1}{n} \cdot \frac{\lambda^2(1-\lambda^2) d(k^2)}{k^2(1-k^2) d(\lambda^2)} = \frac{1}{n} \cdot \frac{\lambda'^2(1-\lambda'^2) d(k'^2)}{k'^2(1-k'^2) d(\lambda'^2)},$$

unde videmus, expressionem MM non mutari, ubi loco  $k$ ,  $\lambda$  Complementa ponuntur  $k'$ ,  $\lambda'$ , sive quod supra demonstravimus, transformationibus complementariis, signi ratione non habita, eundem esse multiplicatorem M. Porro mutando  $k$  in  $\lambda$ ,  $\lambda$  in  $k$ , quo facto transformatio in supplementariam abit, mutatur MM in

$$\frac{1}{n} \cdot \frac{k(1-k^2) d\lambda}{\lambda(1-\lambda^2) dk} = \frac{1}{nnMM}, \text{ sive M in } \frac{1}{nM},$$

quod et ipsum supra probatum est.

### 33.

Posito  $Q = aK + bK'$ ,  $L = \alpha\Lambda + \beta\Lambda'$ , Constantes  $a$ ,  $b$ ,  $\alpha$ ,  $\beta$  ita semper determinare licet, ut sit  $L = \frac{Q}{M}$ , sive  $Q = ML$ . Porro habentur aequationes:

$$1) (k-k^3) \frac{d^2 Q}{dk^2} + (1-3k^2) \frac{dQ}{dk} - kQ = 0$$

$$2) (\lambda-\lambda^3) \frac{d^2 L}{d\lambda^2} + (1-3\lambda^2) \frac{dL}{d\lambda} - \lambda L = 0,$$

quas etiam hunc in modum repraesentare licet:

$$3) d \frac{\frac{(k-k^3) dQ}{dk}}{dk} - kQ = 0$$

$$4) d \frac{\frac{(\lambda-\lambda^3) dL}{d\lambda}}{d\lambda} - \lambda L = 0.$$

Substituamus in aequatione:

$$(k-k^3) \frac{d^2 Q}{dk^2} + (1-3k^2) \frac{dQ}{dk} - kQ = 0$$

$Q = ML$ , prodit:

$$L \left\{ (k-k^3) \frac{d^2 M}{dk^2} + (1-3k^2) \frac{dM}{dk} - kM \right\} + \frac{dL}{dk} \left\{ 2(k-k^3) \frac{dM}{dk} + (1-3k^2)M \right\} + (k-k^3)M \frac{d^2 L}{dk^2} = 0,$$

qua per  $M$  multiplicata, obtinemus:

$$5) \quad LM \left\{ (k-k^3) \frac{d^2 M}{dk^2} + (1-3k^2) \frac{dM}{dk} - kM \right\} + d \frac{\frac{(k-k^3)M^2 dL}{dk}}{dk} = 0.$$

At e §° antecedente fit:

$$M^2 = \frac{(\lambda - \lambda^3) dk}{n(k-k^3)d\lambda}, \quad \text{unde} \quad \frac{(k-k^3)M^2 dL}{dk} = \frac{(\lambda - \lambda^3) dL}{n d\lambda}.$$

Porro ex aequatione 4) fit:

$$d \left\{ \frac{(\lambda - \lambda^3) dL}{d\lambda} \right\} = \lambda L d\lambda, \quad \text{unde}$$

$$d \frac{\frac{(k-k^3)M^2 dL}{dk}}{dk} = d \frac{\frac{(\lambda - \lambda^3) dL}{n d\lambda}}{dk} = \frac{\lambda L d\lambda}{n dk}.$$

Hinc aequatio 5) divisa per  $L$  in hanc abit:

$$6) \quad M \left\{ (k-k^3) \frac{d^2 M}{dk^2} + (1-3k^2) \frac{dM}{dk} - kM \right\} + \frac{\lambda d\lambda}{n dk} = 0.$$

Ubi in hac aequatione valor ipsius  $M$  ex aequatione  $M^2 = \frac{(\lambda - \lambda^3) dk}{n(k-k^3)d\lambda}$  substituitur, obtinetur aequatio differentialis inter ipsos Modulos  $k$ ,  $\lambda$ , quam facile patet ad ordinem tertium ascendere. Facto calculo paullo molesto invenitur:

$$7) \quad 3 \frac{d^2 \lambda^2}{dk^4} - \frac{2 d\lambda}{dk} \cdot \frac{d^3 \lambda}{dk^3} + \frac{d\lambda^2}{dk^2} \left\{ \frac{(1+k^2)^2}{(k-k^3)^2} - \frac{(1+\lambda^2)^2}{(\lambda-\lambda^3)^2} \cdot \frac{d\lambda^2}{dk^2} \right\} = 0.$$

In hac aequatione  $dk$  ut differentiale constans consideratum est. Quam ubi in aliam transformare placet, in qua differentiale nullum constans positum est, ponendum erit:

$$\frac{d^2 \lambda}{dk^2} = \frac{d^2 \lambda}{dk^2} - \frac{d\lambda d^2 k}{dk^3}$$

$$\frac{d^3 \lambda}{dk^3} = \frac{d^3 \lambda}{dk^3} - \frac{3 d^2 \lambda d^2 k}{dk^4} - \frac{d\lambda d^3 k}{dk^4} + \frac{3 d\lambda d^2 k^2}{dk^5}$$

unde:

$$\frac{3 d^2 \lambda^2}{dk^4} - \frac{2 d\lambda}{dk} \cdot \frac{d^3 \lambda}{dk^3} = \frac{3 d^2 \lambda^2}{dk^4} - \frac{3 d\lambda^2 d^2 k^2}{dk^4} + \frac{2 d\lambda^2 d^3 k}{dk^5} - \frac{2 d\lambda d^4 \lambda}{dk^4}.$$

Hinc aequatio 7) multiplicata per  $dk^6$  in sequentem abit, in qua differentiale nullum constans positum est, vel in qua ut tale, quodcunque placet, considerari potest:

$$8) \ 3 \left\{ dk^3 d^2 \lambda^2 - d \lambda^2 d^2 k^2 \right\} - 2 dk d \lambda \left\{ dk d^3 \lambda - d \lambda d^3 k \right\} + dk^2 d \lambda^2 \left\{ \left( \frac{1+k^2}{k-k^3} \right)^2 dk^2 - \left( \frac{1+\lambda^2}{\lambda-\lambda^3} \right)^2 d \lambda^2 \right\} = 0.$$

Hanc patet, elementis  $k$  et  $\lambda$  inter se commutatis, immutatam manere aequationem, id quod supra de Aequationibus Modularibus probavimus.

Operac pretium est, alia adhuc methodo aequationem illam differentialem tertii ordinis investigare. Quem in finem introducamus in aequationem, unde proficiscimur:

$$(k-k^3) \frac{d^2 Q}{dk^2} + (1-3k^2) \frac{dQ}{dk} - kQ = 0$$

quantitatem  $(k-k^3) Q Q = s$ . Fit

$$\frac{ds}{dk} = (1-3k^2) Q Q + 2(k-k^3) Q \frac{dQ}{dk}$$

$$\frac{d^2 s}{dk^2} = -6k Q Q + 4(1-3k^2) Q dQ + 2(k-k^3) \left( \frac{dQ}{dk} \right)^2 + 2(k-k^3) Q \frac{d^2 Q}{dk^2}.$$

Qua in aequatione ubi ponitur:

$$(k-k^3) \frac{d^2 Q}{dk^2} = kQ - (1-3k^2) \frac{dQ}{dk}, \text{ prodit}$$

$$\frac{d^2 s}{dk^2} = -4k Q Q + 2(1-3k^2) Q \frac{dQ}{dk} + 2(k-k^3) \left( \frac{dQ}{dk} \right)^2$$

$$= 2 \frac{dQ}{dk} \left\{ (1-3k^2) Q + (k-k^3) \frac{dQ}{dk} \right\} - 4k Q Q.$$

Qua aequatione ducta in  $2s = 2(k-k^3) Q Q$ , obtinetur:

$$\frac{2s d^2 s}{dk^2} = 2(k-k^3) Q \frac{dQ}{dk} \left\{ 2(1-3k^2) Q Q + 2(k-k^3) Q \frac{dQ}{dk} \right\} - 8k^2 (1-k^2) Q^4,$$

sive cum sit:

$$2(k-k^3) Q \frac{dQ}{dk} = \frac{ds}{dk} - (1-3k^2) Q Q$$

$$2(1-3k^2) Q Q + 2(k-k^3) Q \frac{dQ}{dk} = \frac{ds}{dk} + (1-3k^2) Q Q,$$

obtinemus:

$$\frac{2s d^2 s}{dk^2} = \left( \frac{ds}{dk} \right)^2 - (1-3k^2)^2 Q^4 - 8k^2 (1-k^2) Q^4 = \left( \frac{ds}{dk} \right)^2 - (1+k^2)^2 Q^4, \text{ seu}$$

$$9) \ \frac{2s d^2 s}{dk^2} - \left( \frac{ds}{dk} \right)^2 + \left( \frac{1+k^2}{k-k^3} \right)^2 s^2 = 0.$$



Iam vero posito  $a'K + b'K' = Q'$ ,  $\frac{Q'}{Q} = t$ , vidimus esse  $\frac{dt}{dk} = \frac{m}{(k-k^3)QQ} = \frac{m}{s}$ , designante  $m$  Constantem; unde  $s = \frac{m dk}{dt}$ . Aequationem 9) in aliam transformemus, in qua  $dt$  constans positum est. Erit  $\frac{ds}{dk} = \frac{m d^2k}{dt dk}$ ,  $\frac{d^2s}{dk^2} = \frac{m d^3k}{dt dk^2} - \frac{m d^2k^2}{dt dk^3}$ ; quibus substitutis ex aequatione 9) prodit:

$$\frac{2d^3k}{dt^2 dk} - \frac{3d^2k^2}{dt^2 dk^2} + \left(\frac{1+k^2}{k-k^3}\right)^2 \frac{dk^2}{dt^2} = 0, \text{ sive}$$

$$10) \quad 2d^3k dk - 3d^2k^2 + \left(\frac{1+k^2}{k-k^3}\right)^2 dk^2 = 0;$$

ubi secundum  $t$ , quod ex aequatione evasit, differentium est.

Ponendo  $\frac{\alpha' \Lambda + \beta' \Lambda'}{\alpha \Lambda + \beta \Lambda'} = \omega$ , Constantes  $\alpha, \beta, \alpha', \beta'$ , quoties  $\lambda$  est Modulus transformatus, ita determinari poterunt, ut sit  $t = \omega$ ; nec non simili modo obtinemus:

$$11) \quad 2d^3\lambda d\lambda - 3d^2\lambda^2 + \left(\frac{1+\lambda^2}{\lambda-\lambda^3}\right) d\lambda^2 = 0,$$

in qua aequatione et ipsa secundum  $\omega = t$  differentium erit. Multiplicetur aequatio

10) per  $d\lambda^2$ , aequatio 11) per  $dk^2$ : subtractione facta obtinetur:

$$12) \quad 2dk d\lambda \left\{ d\lambda d^3k - dk d^3\lambda \right\} - 3 \left\{ d\lambda^2 d^2k^2 - dk^2 d^2\lambda^2 \right\} + dk^2 d\lambda^2 \left\{ \left(\frac{1+k^2}{k-k^3}\right)^2 dk^2 - \left(\frac{1+\lambda^2}{\lambda-\lambda^3}\right)^2 d\lambda^2 \right\} = 0.$$

At haec aequatio cum aequatione 8) convenit, in qua scimus, differentiale quodcumque placeat tamquam constans considerari posse, ideoque etsi inventa sit suppositione facta,  $dt$  esse differentiale constans, valebit etiam, quodcumque aliud ut tale consideratur.

Ecce igitur aequationem differentialem tertii ordinis, quae innumeras habet solutiones algebraicas, particulares tamen, viz. Aequationes quas diximus Modulares. At Integrabile completum a functionibus ellipticis pendet; quippe quod est  $t = \omega$ , sive  $\frac{a'K + b'K'}{aK + bK'}$  =  $\frac{\alpha' \Lambda + \beta' \Lambda'}{\alpha \Lambda + \beta \Lambda'}$ , quam ita etiam repraesentare licet aequationem:

$$mK\Lambda + m'K'\Lambda' + m''K\Lambda' + m'''K'\Lambda = 0,$$

designantibus  $m, m', m'', m'''$  Constantes Arbitrarias. Quam integrationem altissimae indaginis esse censemus.

Inquirere possemus, an Aequationes Modulares pro transformationibus tertii et quinti ordinis reapse, quod debent, aequationi nostrae differentiali tertii ordinis satisfaciant. Quod vero cum nimis prolixos calculos sibi poscere videatur, idem de transformatione secundi ordinis, ubi  $\lambda = \frac{1-k'}{1+k'}$ , demonstrare sufficiat.

Consideretur  $dk'$  ut constans, fit:

$$\begin{aligned} \lambda &= \frac{1-k'}{1+k'} = -1 + \frac{2}{1+k'} & k k + k' k' &= 1 \\ \frac{d\lambda}{dk'} &= \frac{-2}{(1+k')^2} & \frac{dk}{dk'} &= \frac{-k'}{k} \\ \frac{d^2\lambda}{dk'^2} &= \frac{4}{(1+k')^3} & \frac{d^2k}{dk'^2} &= \frac{-1}{k} - \frac{k'k'}{k^3} = \frac{-1}{k^3} \\ \frac{d^3\lambda}{dk'^3} &= \frac{-12}{(1+k')^4} & \frac{d^3k}{dk'^3} &= \frac{3k'}{k^5} \end{aligned}$$

Hinc fit:

$$\begin{aligned} \frac{dk^2 d^2\lambda^2 - d\lambda^2 d^2k^2}{dk'^6} &= \frac{16k'k'}{k^2(1+k')^6} - \frac{4}{k^6(1+k')^4} \\ &= \frac{4\{k^4k'^2 - (1+k')^2\}}{k^6(1+k')^6} = \frac{4\{k'^2(1-k')^2 - 1\}}{k^6(1+k')^4} \end{aligned}$$

Porro obtinetur:

$$\begin{aligned} \frac{dk d^3\lambda - d\lambda d^3k}{dk'^4} &= \frac{12k'}{k(1+k')^4} + \frac{6k'}{k^2(1+k')^2} = \frac{6k'\{2(1-k')^2 + 1\}}{k^2(1-k')^2} \\ \frac{dk d\lambda \{dk d^3\lambda - d\lambda d^3k\}}{dk'^6} &= \frac{12k'^2\{2(1-k')^2 - 1\}}{k^6(1+k')^4} \end{aligned}$$

unde

$$\frac{3\{dk^2 d^2\lambda^2 - d\lambda^2 d^2k^2\} - 2 dk d\lambda \{dk d^3\lambda - d\lambda d^3k\}}{dk'^6} = \frac{12(2k'^2 - 1)}{k^6(1+k')^4}$$

Porro fit

$$\begin{aligned} \left(\frac{1+k^2}{k-k^3}\right)^2 \frac{dk^2}{dk'^2} &= \frac{(1+k^2)^2}{k^4k'^2} \\ \left(\frac{1+\lambda^2}{\lambda-\lambda^3}\right)^2 \frac{d\lambda^2}{dk'^2} &= \frac{4}{(1+k')^4} \left\{\frac{1+k'}{1-k'}\right\}^2 \left\{\frac{1+k'^2}{2k'}\right\}^2 = \frac{(1+k'^2)^2}{k'^2k^4} \end{aligned}$$

unde:

$$\begin{aligned} \left\{\frac{1+k^2}{k-k^3}\right\}^2 \frac{dk^2}{dk'^2} - \left\{\frac{1+\lambda^2}{\lambda-\lambda^3}\right\}^2 \frac{d\lambda^2}{dk'^2} &= \frac{3(1-2k'^2)}{k^4k'^2} \\ \frac{dk^2 d\lambda^2}{dk'^4} \left\{\left(\frac{1+k^2}{k-k^3}\right)^2 \frac{dk^2}{dk'^2} - \left(\frac{1+\lambda^2}{\lambda-\lambda^3}\right)^2 \frac{d\lambda^2}{dk'^2}\right\} &= \frac{12(1-2k'^2)}{k^6(1+k')^4} \end{aligned}$$

Hinc tandem fit, quod debet:

$$\frac{3 \{ dk^2 d^2 \lambda^2 - d \lambda^2 d^2 k^2 \} - 2 dk d \lambda \{ dk d^3 \lambda - d \lambda d^3 k \}}{dk^6} + \frac{dk^2 d \lambda^2}{dk^4} \left\{ \left( \frac{1+k^2}{k-k^3} \right)^2 \frac{dk^2}{dk^2} - \left( \frac{1+\lambda^2}{\lambda-\lambda^3} \right)^2 \frac{d \lambda^2}{dk^2} \right\} = \frac{12(2k^2-1)}{k^6(1+k^2)^4} + \frac{12(1-2k^2)}{k^6(1+k^2)^4} = 0.$$

Ubi methodi expeditae in promptu essent, si quas aequatio differentialis solutiones algebraicas habet, eas eruendi omnes: e sola aequatione differentiali a nobis proposita Aequationes Modulares, quae singulos transformationum ordines spectant, elicere possemus omnes. Quam tamen materiem arduam qui attigerit, praeter Cl. *Condorcet*, scio neminem, attentione Analystarum dignam.

### 34.

Aequatio supra inventa:

$$MM = \frac{1}{n} \cdot \frac{\lambda(1-\lambda\lambda)}{k(1-kk)} \cdot \frac{dk}{d\lambda},$$

cuius ope ex Aequatione Modulari inventa statim etiam quantitatem M determinare licet, digna esse videtur, cui adhuc paulisper immoremur. Non patet primo aspectu, quomodo valores quantitatis M in transformationibus tertii et quinti ordinis inventi cum aequatione illa conveniant. Quod igitur accuratius examinemus.

α) In transformatione tertii ordinis, posito  $u = \sqrt[3]{k}$ ,  $v = \sqrt[3]{\lambda}$  invenimus:

$$1) \quad u^3 - v^3 + 2uv(1 - u^2v^2) = 0,$$

quam ita quoque exhibuimus aequationem §. 16:

$$2) \quad \left( \frac{v+2u^3}{v} \right) \left( \frac{u-2v^3}{u} \right) = -3.$$

Porro fieri vidimus:

$$3) \quad M = \frac{v}{v+2u^3} = \frac{2v^3-u}{3u}.$$

Differentiata aequatione 1) obtinemus:

$$\frac{du}{dv} = \frac{2v^3 - u + 3u^3v^2}{2u^3 + v - 3u^2v^3},$$

L

sive loco 3 posito  $\left(\frac{v+2u^3}{v}\right)\left(\frac{2v^3-u}{u}\right)$ :

$$4) \frac{du}{dv} = \frac{2v^3-u}{2u^3+v} \cdot \frac{1+u^2v^2+2u^3v}{1+u^2v^2-2uv^3}.$$

Ex aequatione 1) sequitur:

$$\begin{aligned} 1-u^6 &= (1+u^4) \{1-v^4+2uv(1-u^2v^2)\} \\ &= 1-u^4v^4+u^4-v^4+2uv(1+u^4)(1-u^2v^2) \\ &= 1-u^4v^4+2u^3v(1-u^2v^2) = (1-u^2v^2)(1+u^2v^2+2u^3v). \end{aligned}$$

Eodem modo invenitur:

$$1-v^6 = (1-u^2v^2)(1+u^2v^2-2uv^3),$$

unde

$$\frac{1-v^6}{1-u^6} = \frac{1+u^2v^2-2uv^3}{1+u^2v^2+2u^3v}, \text{ sive ex aequatione 4):}$$

$$\frac{1-v^6}{1-u^6} \cdot \frac{du}{dv} = \frac{2v^3-u}{2u^3+v}.$$

Qua aequatione ducta in

$$\frac{v}{3u} = \frac{v^2}{(2u^3+v)(2v^3-u)},$$

prodit:

$$\frac{1}{3} \cdot \frac{v(1-v^6)}{u(1-u^6)} \cdot \frac{du}{dv} = \frac{1}{3} \cdot \frac{\lambda(1-\lambda\lambda)}{k(1-kk)} = \left(\frac{v}{v+2u^3}\right)^2 = MM,$$

Q. D. E.

b) In transformatione *quinti* ordinis, posito  $u = \sqrt[4]{k}$ ,  $v = \sqrt[4]{\lambda}$ , invenimus:

$$1) u^6 - v^6 + 5u^2v^2(u^2 - v^2) + 4uv(1 - u^4v^4) = 0,$$

quam his etiam modis exhibuimus aequationem §§. 16. 30:

$$2) \frac{u+v^5}{u(1+u^3v)} \cdot \frac{v-u^5}{v(1-u^3v)} = 5$$

$$3) (u^2 - v^2)^6 = 16u^2v^2(1 - u^6)(1 - v^6).$$

Porro invenimus:

$$4) M = \frac{v(1-u^3v)}{v-u^5} = \frac{u+v^5}{5u(1+u^3v)}.$$

Differentiata aequatione 3), obtinemus:

$$6uv(1-u^6)(1-v^6)(udu - vdv) = \\ u(u^2 - v^2)(1-u^6)(1-5v^6)dv + v(u^2 - v^2)(1-v^6)(1-5u^6)du,$$

sive:

$$5) \quad v(1-v^6)\{5u^2 - u^{10} + v^2 - 5u^6v^2\}du = u(1-u^6)\{5v^2 - v^{10} + u^2 - 5u^2v^6\}dv.$$

Aequatione 1) ducta in  $u^4$ ,  $v^4$ , eruitur:

$$5u^2 - u^{10} + v^2 - 5u^6v^2 = (1-u^4v^4)(v^2 + 5u^2 + 4u^2v) \\ 5v^2 - v^{10} + u^2 - 5u^2v^6 = (1-u^4v^4)(u^2 + 5v^2 + 4uv^2),$$

unde aequatio 5) in hanc abit:

$$6) \quad \frac{v(1-v^6)}{u(1-u^6)} \cdot \frac{du}{dv} = \frac{u^2 + 5v^2 - 4uv^2}{v^2 + 5u^2 + 4u^2v}.$$

Ponatur  $u + v^5 = A$ ,  $u + u^4v = B$ ,  $v - u^5 = C$ ,  $v - uv^4 = D$ , ita ut:

$$\frac{AC}{BD} = 5, \quad \text{sive } AC = 5BD$$

$$\frac{D}{C} = \frac{A}{5B} = M:$$

$$u^2 + 5v^2 - 4uv^2 = uA + 5vD$$

$$v^2 + 5u^2 + 4u^2v = vC + 5uB,$$

erit:

$$7) \quad \frac{v(1-v^6)}{u(1-u^6)} \cdot \frac{du}{dv} = \frac{uA + 5vD}{vC + 5uB} = \frac{uAB + vAC}{vCD + uAC} \cdot \frac{D}{B} \\ = \frac{uB + vC}{vD + uA} \cdot \frac{AD}{BC} = \frac{AD}{BC} = 5MM.$$

Fit enim:

$$uB + vC = vD + uA = uu + vv.$$

Unde etiam:

$$MM = \frac{1}{5} \cdot \frac{v(1-v^6)}{u(1-u^6)} \cdot \frac{du}{dv} = \frac{1}{5} \cdot \frac{\lambda(1-\lambda\lambda)}{k(1-kk)} \cdot \frac{dk}{d\lambda}.$$

Q. D. E.

# THEORIA EVOLUTIONIS FUNCTIONUM ELLIPTICARUM.

## DE EVOLUTIONE FUNCTIONUM ELLIPTICARUM IN PRODUCTA INFINITÁ.

### 35.

Proposito Modulo  $k$  reali, unitate minore, videmus Modulum

$$\lambda = k^n \left\{ \sin \operatorname{coam} \frac{2K}{n} \cdot \sin \operatorname{coam} \frac{4K}{n} \dots \sin \operatorname{coam} \frac{(n-1)K}{n} \right\}^4,$$

in quem ille per transformationem primam  $n^{\text{ti}}$  ordinis mutatur, crescente numero  $n$ , celerime ad nihilum convergere; adeoque pro limite  $n = \infty$ , fieri  $\lambda = 0$ . Tum erit  $\Lambda = \frac{\pi}{2}$ ,  $\operatorname{am}(u, \lambda) = u$ , unde e formulis  $\Lambda = \frac{K}{nM}$ ,  $\Lambda' = \frac{K'}{M}$ , obtinemus:

$$nM = \frac{2K}{\pi}, \quad \frac{\Lambda'}{n} = \frac{K'}{nM} = \frac{\pi K'}{2K}.$$

Ponamus iam in formulis pro transformatione primae supplementaria §. 26  $\frac{u}{n}$  loco  $u$ ,  $n = \infty$ : abit  $\operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right)$  in  $\operatorname{am}\left(\frac{u}{nM}, \lambda\right) = \frac{\pi u}{2K}$ ,  $y = \sin \operatorname{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right)$  in  $\sin \frac{\pi u}{2K}$ ; porro  $\operatorname{am}(nu)$  in  $\operatorname{am}(u)$ . Hinc e formulis illis nanciscimur sequentes:

$$\sin \operatorname{am} u = \frac{2Ky}{\pi} \cdot \frac{\left(1 - \frac{yy}{\sin^2 \cdot \frac{i\pi K'}{K}}\right) \left(1 - \frac{yy}{\sin^2 \cdot \frac{2i\pi K'}{K}}\right) \left(1 - \frac{yy}{\sin^2 \cdot \frac{3i\pi K'}{K}}\right) \dots}{\left(1 - \frac{yy}{\sin^2 \cdot \frac{i\pi K'}{2K}}\right) \left(1 - \frac{yy}{\sin^2 \cdot \frac{3i\pi K'}{2K}}\right) \left(1 - \frac{yy}{\sin^2 \cdot \frac{5i\pi K'}{2K}}\right) \dots}$$

